Placare quesumus domine humilitatis nostre pꝛecib⁹ et hostiis: et vbi nulla suppetūt suffragia meritoꝛum: tuis nobis succurre pꝛesidiis. Per dominum nostrum. Pꝛefatio quotidiana. Cōio. Hierusalem surge et sta in excelso / et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo.

Postcommunio.

Repleti cibo potuq; spiritualis alimonie supplices te domine depꝛecamur: vt huius participatione mysterii doceas nos terrena despicere / et amare celestia. Per dominū nostrū. Feria quarta ebdomade ii. aduentus. Epistola. Lectio zacharie pꝛophete. viii. c.

Hec dicit dominus de⁹ exercituum Reuersus sum ad syon / ꝫ habitabo in medio hierusalē: et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis et mons domini exercituū mons sāctificatus. Hec dicit dominus deus exercituum. Adhuc habitabunt senes et anus in plateis hierusalem: et viri baculus in manu eius pꝛe multitudine dierum. Et platee ciuitatis complebuntur infantibus: et puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit domin⁹ exercituum. Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: dicit dominus exercituum. Nunquid in oculis meis difficile erit dicit domin⁹ exercituū?

Ecce ego saluabo populū meum de terra orientis/ et de terra occasus solis/et adducā eos et habitabunt in medio hierusalem:et erunt michi in populum/et ego ero eis i deū in veritate et i iusticia. Dicit dñs:ops.

Secundum matheum.xi.capitu.

In illo tpe: Dixit iesus turbis et discipulis suis. Amē dico vobis:inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum:maior est illo. A diebus aūt iohannis baptiste vsq3 nunc regnū celorum vim patitur:et violenti rapiunt illud. Oēs eni prophete et lex vsq3 ad iohannē prophetauerunt. Et si vultis recipere:ipse est helyas qui venturus est. Qui habet aures audiendi:audiat. ¶ Feria vi. Epystola. Lectio ysaie prophete.lxii.

Hec dicit dñs de9. Super muros hierusalem constitui custodes:tota die et tota nocte in perpetuū non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis/et ne detis silētium ei:donec stabiliat et donec ponat hierusalē laudē in terra. Jurauit dñs in dextera sua:et i brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis:et si biberit filii alienigene vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedēt/ et laudabunt dominū:et qui cōportant illud bibent in atriis sanctis meis. Transite per portas/preparate viam populo/ planum facite iter:et eligite lapides/et eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit:in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluator tu9 venit/et ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et non derelicta.

Euangeliū. Secundū iohannē.i.

In illo tpe: Johannes testimoniū perhibebat de dño: et clamabat dicēs Hic est quē dixi: qui post me venturus est/ ante me factus est/ q2 prior me erat. Et de plenitudine ei9 nos omnes accepim9/ et gratiā pro gratia: q2 lex per moyse data est/gratia et veritas per iesū christū facta est. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus filius qui est i sinu patris: ipse enarrauit. ¶ Dominica tercia aduentus. ¶ Officium.

Gaudete in dño sēper: iterū dico gaudete / modestia vestra nota sit oībus hoīb9 dñs ppe est. nichil solliciti sitis: sed i oī oratiōe petitiones vestre inotescāt apud deū. ps.

Et pax dei q̄ exuperat oēm sensū: custodiat corda vestra et itelligētias vestras. Or.

Aurē tuā quesumus dñe precibus nostris accōmoda: et mētis nostre tenebras / gratia tue visitationis illustra. Qui viuis et regnas. Ad corinthios.i.iiii.cap.

Fratres: Sic nos existimet homo vt ministros christi: et dispensatores ministeriorū dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur: Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq3 meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dñs est. Itaq3 nolite ante tēpus iudicare: quoadusq3 vēiat dñs qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cōsilia cordiū. Et tūc laus erit: vnicuiq3 a deo.

Gra. Qui sedes dñe super cherubin excita potẽtiã tuã et veni. ℣. Qui regis israel intẽde / q̄ deducis velut ouem ioseph. Allã. ℣. Excita dñe potentiã tuam et veni vt saluos facias nos. Sequentia.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuam ostẽde magnã excitando potẽtiam. Presta illi dona salutaria. Quẽ pdixerũt pphetica vaticinia. A clara poli regia In nr̃a iesu veni dñe arua. Euãgel. Scdm mathxi.

In illo tpe: Cum audisset iohãnes in vinculis opera xp̃i mittẽs duos de discipulis suis / ait illi. Tu es qui venturus es / an aliũ expectamus? Et respõdens iesus: ait illis. Eũtes renũciate iohanni: que audistis et vidistis. Ceci vidẽt / claudi ambulãt: leprosi mũdantur Surdi audiũt / mortui resurgunt: pauperes euangelizãtur. Et beat9 est: qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autẽ abeũtib9: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arũdinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollib9 vestitũ? Ecce qui mollib9 vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: et plusq̄ pphetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam: qui preparabit viã tuã ante te. Offr. Bñdixisti dñe terram tuam auertisti captiuitatẽ iacob remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Operuisti omnia peccata eorũ mitigasti oẽm iram tuam. ℣. Ostende nobis dñe miam tuã et salutare tuũ da nobis. Secreta.

Deuotiõis nostre tibi dñe q̄sum9 hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterij: et salutare tuũ nobis mirabiliter operetur. Per dominum Presa. quotidiana. Cõio. Dicite pusillanimes cõfortamini et nolite timere / ecce de9 nr̃ veniet et saluabit nos. P9cõ.

Imploram9 domine clementiam tuã: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos / ad festa ventura nos preparent. Per dominum.

Feria. iiii. quattuor tpm. Offm

Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustum aperiatur terra ⁊ germinet saluatorẽ. ps. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Sequatur oro sine Dñs vobiscũ. sed tantũ cum Oremus. Oratio.

Presta q̄s oĩps de9: vt redemptionis nostre ventura solẽnitas: ⁊ p̄sentis nobis vite subsidia cõferat ⁊ eterne btitudis p̄mia largiatur. Per eũd. Lcõ ysaie pphẽ ii.

In diebus illis: Dixit ysaias propheta. Erit i nouissimis diebus preparatus mõs dom9 dñi in vertice mõtiũ: et eleuabit super colles. Et fluent ad eum oĩs gentes: ⁊ ibunt populi multi et dicent. Uenite ascendamus ad mõtẽ dñi: et ad domum dei iacob Et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: q2 de syon exibit lex / ⁊ verbum dñi de hierusalem. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: ⁊ lanceas suas i falces. Nõ leuabit gens ꝯtra gentem gladiũ: nec exercebuntur vltra ad preliũ. Domus iacob venite et ambulemus: in lumine dñi dei nostri. Gradale. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco

sancto eius innocens manibus et mundo corde. Hic nõ repetatur gradale sed statim sequatur Dñs vo. et Ore⁹. or.

Festina qs dñe ne tardaueris: et auxiliũ nobis superne virtutis ipende: vt aduẽtus tui cõsolationibus subleuẽtur / qui in tua pietate cõfidũt. Qui viuis. Hic dicuntur memorie consuete. Epystola. Lectio ysaie prophete. vii. ca.

In diebus illis: Locut⁹ est dominus ad achaz dicẽs. Pete tibi signum a dño deo tuo in profundũ inferni: siue in excelsũ supra. Et dixit achaz. Nõ petã: et non tẽtabo dñm. Et dixit. Audite ergo dom⁹ dauid. Nũquid parũ vobis est molestos esse hominib⁹ / quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet et pariet filiũ: et vocabitur nomẽ eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum: et eligere bonũ. Gr. Prope est dñs omnibus inuocãtibus eũ oib⁹ qui inuocãt eũ in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquetur os meũ et benedicat oĩs caro nomẽ sanctum eius. Repetatur gr. Euangelium. Scdm lucam. i. ca.

In illo tpe: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth / ad virginẽ desponsatam viro cui nomẽ erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eã: dixit. Aue gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus. Que cũ audisset turbata est in sermone ei⁹: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti eñi gratiã apud deũ. Ecce cõcipies in vtero et paries filiũ: et vocabis nomẽ eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedẽ dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum / et regni eius non erit finis. Dixit aũt maria ad angelũ. Quomodo fiet istud: qm̃ virum non cognosco? Et respondẽs angelus: dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideoqz et quod nascetur ex te sanctũ: vocabitur fili⁹ dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipsa cõcepit filium in senectute sua Et hic mensis est sextus illi q̃ vocatur sterilis: qr non erit ĩpossibile apd deũ oẽ verbũ. Dixit aũt maria Ecce ancilla dñi. Fiat michi: scdm verbum tuum. Offr. Aue maria gr̃a plena dominus tecum bñdicta tu ĩ mulierib⁹ et bñdictus fructus ventris tui. ℣. Ideoqz et quod nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. Et dicitur cũ suo ℣su. Secr.

Salutari ieiunio complẽtes dñe hostias inmolam⁹: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officijs preparemur. Per eund. Presa. quotidiana. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Post communio.

Salutaris tui dñe munere satiati supplices deprecamur. vt cui⁹ letamur gustu / renouemur effectu. Per dñm nostrum. Feria sexta. iiii. temporum. Officium

Prope esto dñe et oẽs vie tue veritas: initio cognoui de testimonijs tuis qr in eternũ tu es. ps. Beati immaculati ĩ via: q̃ ãbulant ĩ lege dñi. or.

Excita quesumus domine potentiã tuã et veni: vt hi qui ĩ tua pietate confidũt: ab omni citi⁹ aduersitate liberentur. Qui viuis et reg. Lectio ysaie prophete. xi. ca.

Hec dicit dñs de⁹: Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet. Et requiescet super eū spūs dñi: spūs sapientie et intellect⁹/ spūs consilij et fortitudinis/ spūs sciētie et pietatis/ ꝛ replebit eū spiritus timoris domini. Non secūdum visionem oculorū iudicabit: neqꝫ secūdum auditū auriū arguet/ sed iudicabit ī iusticia paupes/ ꝛ arguet in eqtate pro māsuetis terre. Et pcutiet terrā virga oris sui: et spiritu labiorꝫ suorꝫ interficiet ipiū. Et erit iusticia cingulū lūborꝫ ei⁹ et fides cinctoriū renū eius. Gr. Ostende nobis dñe miam tuā et salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā auertisti captiuitatem iacob. Repetatur gr. Scdm lucam.

In illo tpe: Exurgēs maria abijt in mōtana cū festinatione ī ciuitatem iuda: ꝛ intrauit ī domū zacharie et salutauit helizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie helizabeth: exultauit īfans ī vtero ei⁹. Et repleta est spūsctō helizabeth: ꝛ exclamauit voce magna ꝛ dixit. Bñdicta tu iter mulieres: ꝛ bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui Et vnde hoc michi/ vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce eni vt fctā est vox salutationis tue ī aurib⁹ meis: exultauit ī gaudio infans ī vtero meo. Et beata que credidisti: qm̄ perficiētur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat: aīa mea dñm. Et exultauit sp̄s me⁹: ī deo salutari meo. Offr. De⁹ tu ɔuertēs viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. Ostēde nobis dñe miam tuā ꝛ salutare tuū da nobis. ℣. Bñdixisti dñe terrā tuā auertisti captiuitatē iacob. Re misisti iniquitatem plebis tue. mia ꝛ veritas obuiauerūt sibi veritas de terra orta est ꝛ iusticia de celo pspexit. Secre.

Sacrificiis q̄s dñe salutaribus his dieb⁹ aptemur ꝑpensius: quibus illud est mysteriū celebrādū/ cui seruit oīs executio mandatorꝫ. p. Prefa. quotid. Cō. Ecce dñs veniet et oēs sancti ei⁹ cū eo et erit ī die illa lux magna. Postcōio.

Perfice q̄s domine miam tuam populo supplicanti: quem tuorum refectum largitate donorum et instantius gratiā postulare maiorem: ꝛ fiducia lius sperare concedas. Per dñm.

Sabbō quattuor tpm. Offin.

Veni et ostēde nobis faciē tuā domine q̄ sedes sr cherubī ꝛ salui erim⁹ ℣. Qui regis israel itēde: qui deducis velut ouē ioseph. Oēs orationes sine Dñs vobiscū. dicuntur p̄ter vltimā q̄ est ante epistolā: ꝫ tm̄ cū Orem⁹. Et oēs lectiones cū suis titulis legāt Orem⁹.

Deus qui cōspicis qꝛ ex nostra prauitate affligimur/ cōcede propicius: vt ex tua visitatione ɔsolemur. Qui viuis ꝛ reg. Lectio ysaye ꝑphete. xix. capitu.

In dieb⁹ illis: Clamabūt ad dñm a facie tribulantis: et mittet eis saluatorē ꝛ propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab egypto: ꝛ cognoscent egyptij dñm in die illa. Et colēt eum in hostijs et muneribus: et vota vouebūt domino et soluēt Et percutiet dñs egyptū plaga: et sanabit eā. Et reuertentur ad dominū et placabitur eis: ꝛ sanabit eos/ dominus de⁹ noster. Gr. A summo celo egressio eius ꝛ occursus

eius vsqz ad summū eius. ℣. Celi enarrant gliam dei ꝛ opera manuū ei⁹ annūciat firmamentū. Nō repetatur gradale sed dicat̄ stati. Oremus. Orõ

Concede q̄s ops de⁹ vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filii tui noua natiuitate liberemur. Qui tecū viuit ꝛ re.

Lectio ysaie prophete. xxxv. capi.

Hec dicit dn̄s: Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo ꝛ florebit quasi liliū. Germinans germinabit: et exultabit letabunda ꝛ laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbūt gliam dn̄i: et decorē dei nr̄i. Confortate man⁹ dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes cōfortamini: et nolite timere. Ecce de⁹ noster vltionē adducet retributionis: de⁹ ipse veniet ꝛ saluabit nos. Tunc aperientur ocli cecorꝝ: ꝛ aures surdorꝝ patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit ligua mutorꝝ. Quia scisse sūt in deserto aque: et torrentes i solitudine. Et que erat arida i stagnū: et sitiēs in fontes aquarū. Ait dn̄s ops. Gr̄.

In sole posuit tabernaculum suum ꝛ ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius et occursus eius vsqz ad summum eius. Orõ

Indignos nos quesum⁹ domine famulos tuos quos actionis proprie culpa cōtristat: vnigeniti tui aduētu letifica. Qui tecū. Lectio ysaie pphete. xlv. cap

Hec dicit dn̄s: Sup montē excelsū ascende tu qui euāgelizas syō. Exalta in fortitudine vocem tuam: q̄ euāgelizas hierusalēē. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cū eo: et opus illi⁹ coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: i brachio suo cōgregabit agnos / et in sinu suo leuabit eos: dominus de⁹ nr̄. Gr̄. Domine deus virtutum conuerte nos et ostende faciem tuā ꝛ salui erimus ℣. Excita dn̄e potentiā tuam et veni vt saluos facias nos. Oremus

Presta q̄s ops deus: vt filii tui vētura solēnitas / ꝛ presentis nobis vite remedia ꝯferat: et premia eterna cōcedat. Per eūdem dn̄m nostrū iesum christū.

Lectio ysaie prophete. xlv. capit.

Hec dicit dn̄s: Xp̄o meo cyro cui⁹ apprehēdi dexterā / vt subiiciam ante faciē eius gentes et dorsa regū vertam. Et aperiam corā eo ianuas: et porte nō claudētur. Ego ante te ibo: ꝛ gliosos terre hūiliabo. Portas ereas conteram: ꝛ vectes ferreos cōfringā. Et dabo tibi thesauros abscōditos ꝛ archana secretorꝝ reuelabo: vt scias q2 ego dn̄s q̄ voco nomen tuū deus isrl̄. Propter seruū meū iacob: et israel electū meum Et vocaui te noīe tuo: assimilaui te / ꝛ nō cognouisti me. Ego dn̄s et non est amplius: extra me nō est deus. Accinxi te et nō cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis ꝛ qui ab occidēte / qm̄ absqz me nō est deus. Ego dn̄s: et nō est alter. Formans lucem ꝛ creans tenebras: faciēs pacē ꝛ creās malū. Ego dn̄s faciens omnia hec. Rorate celi desup: et nubes pluant iustum / aperiat̄ terra et germinet saluatorē / et iusticia oriat̄ simul

Ego dñs: creaui eũ. Gr. Excita dñe potentiam tuam et veni vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intẽde qui deducis velut ouẽ ioseph. qui sedes super cherubin appare coram effraĩ beiamin & manasse. Sequitur. Oremus. Oratio

Preces populi tui qs dñe clemẽter exaudi: vt qui iuste p pctis nostris affligimur/ pietatis tue visitatione cõsolemur. Qui vi. Lectio danielis prophete iii. cap.

Angelus dñi descendit cum azaria & sociis eius i fornacem: et excussit flamã ignis de fornace/ et fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantẽ. Flama autẽ diffusa est sup fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: et incẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis qui eã incẽdebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis/ neq3 cõtristauit/ nec qcq̃ molestie ĩtulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore laudabant et glorificabant & benedicebãt deũ i fornace dicẽtes. Duo clerici de secunda forma in suppelliciis ad gradum chori cãtent tractum sequeñ.

Benedictus es dñe deus patrum nostrorum. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idẽ repetat. Clerici. ℣. Et benedictum nomẽ glorie tue quod est sanctum. Chorus dicat. Et laudabile & gloriosum in secula. Clerici. ℣. Benedictus es in tẽplo sãcto glorie tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es super thronũ sanctũ regni tui. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es super sceptrum regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin ĩtuẽs abyssos. Chorus. Et lauda. Clerici. ℣. Benedictus es qui ambulas super pẽnas ventorum. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedicant te oẽs angeli et sancti tui. Chorus. Et laudent te et glorificẽt in secula. Clerici. ℣. Benedicãt te celi/ terra/ mare et oĩa que in eis sũt. Chorus. Et laudent. Clerici. ℣. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Chorus. Et laus et honor potestas et imperiũ. Clerici. ℣. Sicut erat in principio et nũc et sẽper/ et i secula seculorum amen. Chorus. ℣. Et lau. Deinde clerici reincipiant primũ ℣. tract⁹ & percãtet a choro. & postea dicat sacer. Dñs vobiscũ. Ore⁹.

Deus q̃ tribus pueris mitigasti flamas igniũ/ cõcede propici⁹: vt nos famulos tuos nõ exurat flama viciorum. Per. Hic dñr memorie suete. Ad thessaloniceñ. ii.

Fratres: Rogamus vos per aduentũ dñi nostri iesu xpi et nostre cõgregationis in ipsũ: vt nõ cito moueamini a vestro sensu/ neq3 terreamini/ neq3 p spĩn/ neq3 p sermonẽ/ neq3 per epystolã tãq̃ p nos missã quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Qñ nisi venerit discessio primũ/ & reuelatus fuerit hõ pcti fili⁹ perditiõis. qui aduersatur et extollitur super oĩe quod dicitur deus/ aut qd coli tur: ita vt in tẽplo dei sedeat/ ostẽdẽs se tãq̃ sit deus. Non retinetis qm cũ adhuc essẽ apud vos hec dicebã vobis? Et nũc quid detineat scitis: vt reueletur i suo tpe. Nam mysteriũ iã operatur iniqtatis: tm vt qui tenet nunc teneat. donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus quẽ dñs iesus iterficiet spũ oris sui: et destruet illustratiõe aduent⁹ sui. Duo clerici de scda forma in capis nigris. hoc est in habitu quotid. ad gradum chori simul dicãt totũ & integrũ istũ tr.

Qui regis israel intende qui de-

ducis velut ouē ioseph. ℣. Qui sedes super cherubi apparé corā effrai bēiamin ꝛ manasse. ℣. Excita dñe potētiā tuā et veni vt saluos facias nos. Scdm lucā. iii

Anno quītodecimo īperij tiberij cesaris: ꝓcurāte pōcio pylato iudeā/tetrarcha aūt galilee herode/philippo aūt fratre eius tetrarcha ituree et trachonitidis regionis/et lisania abiline tetrarcha sub principibus sacerdotū anna et caypha: factū est verbū dñi sup iohannē zacharie filiū in deserto. Et venit in omnē regionē iordanis ꝑdicans baptismū penitentie in remissionē pctōꝝ: sicut scriptū est i libro sermonū ysaie ꝓphete Vox clamātis i deserto: parate viā dñi/ rectas facite semitas eiꝰ. Ois vallis īplebit: et ois mōs ꝛ collis humiliabitur Et erūt praua i directa: ꝛ aspera in vias planas. Et videbit omis caro: salutare dei. Offꝫ. Exulta satis filia syon predica filia hierusalē. ecce rex tuus venit tibi sanctus ꝛ saluator. ℣. Loquetur pacem gentibus et potestas eius a mari vsqꝫ ad mare. ꝛ a flumine vsqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta.

Sup has hostias fideliū dñe q̄s ꝓpicio vultu respice: ꝛ qꝛ nr̄is meritis nō valemꝰ/his potiꝰ muneribus tuo occursui cōmendemur. Qui viuis. Prefatio quotidiana. Cōio. Exultauit vt gygas ad currēdam viā a sūmo celo egressio eiꝰ ꝛ occursus eiꝰ vsqꝫ ad summū eius; Postcōio.

Quesumus dñe deꝰ noster vt sacrosctā mysteria q̄ p reparationis nr̄e munimine ꝯtulisti: et presēs nobis remediū esse facias et futurū. Per d. In quacūqꝫ fer. dies natiuitatis dñi ꝯtigerit: sēp ieiunia quattuor tp̄m in tercia ebdomada aduētꝰ dñi celebrētur. Dñica iiii. aduentus dñi. Ad missam Officiū.

Memento nostri dñe in bn̄placito ppl'i tui visita nos in salutari tuo/ad videndū i bonitate electoꝝ tuoꝝ i leticia gentis tue vt lauderis cū hereditate tua. Ps. Peccauimus cū patribus nostris iniuste egimus iniquitatē fecimus. Oratio

Excita q̄s dñe potētiā tuā ꝛ veni et magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gr̄e tue qđ nostra peccata prepediunt: indulgentia tue propiciatiōis acceleret. Qui viuis. Ad philippenses. iiii. c.

Fratres: Gaudete i dño sēp: iterū dico gaudete. Modestia vr̄a nota sit oībꝰ hoībꝰ. Dñs ꝓpe est. Nichil solliciti sitis: sed in oi oratiōe ꝛ obsecratiōe cū grāꝝ actione petitiōes vr̄e innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensū: custodiat corda vr̄a ꝛ itelligentias vestras. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr. Prope est dñs omnibus inuocantibus eū oibus qui inuocāt eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquetur os meū et benedicat omnis caro nomē sanctū eius. Allā ℣. Ueni domine et noli tardare/relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemꝰ oēs vna. Deo nr̄o q̄ creauit oīa. Per quē cūcta ꝯdita sūt secula. Celū quo plurima luce chorusca ꝛ diuersa sūt sydera. Sol mundi scema noxiū decꝰ luna ceteraqꝫ splēdentia. Mare solū alta plana ac profunda flumina. Aeris āpla spacia q̄ discurrūt aues vētiatqꝫ pluuia. Hec simul cuncta tibi deo soli pr̄i militāt. Nūc ꝛ in euū sine fine per secula laus eoꝝ tua gloria. Qui pro salute nostra prolē vnicā. Pati in terrā misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas pca-

mur vt corpora nostra et corda Regas et protegas/ et dones peccatorum veniā. Secundum iohannem i. ca.

In illo tpe: Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannē: vt interrogarēt eū. Tu quis es? Et cōfessus est: et non negauit. Et cōfessus est: quia non sū ego christus. Et iterrogauerūt eū. Quid ergo? Helyas es tu? Et respōdit. Nō sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es/ vt responsum demus his qui miserūt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamātis in deserto: dirigite viā dñi sicut dicit ysaias propheta. Et q̄ missi fuerāt: erāt ex phariseis. Et interrogauerūt eū: et dixerūt ei. Quid ergo baptizas si tu nō es christus/ neque helyas neque propheta? Respondit eis iohānes: dicens. Ego baptizo in aqua: medius autē vestrū stetit/ quē vos nescitis. Ipse est qui post me vēturus est: qui ante me factus est/ cuius non sum dignus vt soluā eius corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: vbi erat iohannes baptizans. Offer. Cōfortamini et iā nolite timere ecce eni deus noster retribuet iudiciū/ ipse veniet et saluos nos faciet. V. Tūc aperiētur oculi cecorum et aures surdorum audiēt. tūc ascendet claudus quali ceruus et clara erit lingua mutorum. Secr.

Sacrificiis presentibus quesumus domine placatus intende: quibus ad filii tui natiuitatem suscipiēdā purificemur. Per dominū. Prefatio quotid. Cōio Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Postcommunio.

Populū tuū q̄s dñe donorum tuorū largitate prosequere: vt a malis omnibus sacramētorum tuorum virtute protectus/ ad ineffabile mysteriū celebrandū et mēte p̄paretur et corpore. Per dominū. Feria iiii. Lectio iohelis prophete ii. ca.

Hec dicit dñs deus: Exultate filie syon/ et letamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iusticie/ et descendere faciet ad vos imbrē matutinū et serotinū sicut in principio. Et implebuntur aree frumento: et redundabunt torcularia vino et oleo. Et scietis quia ego dominus deus vester: habitans in syon in mōte scō meo/ et erit hierusalē scā/ et alieni nō trāsibūt per eā amplius. Et erit. in die illa stillabūt mōtes dulcedinē/ et colles fluent lacte/ et per oēs riuos iuda ibūt aque: et fons de domo dñi egredietur/ et irrigabit torrentē spinarū. Egyptus in desolationē erit/ et idumea in desertū perditionis: pro eo quia inique egerunt in filios iuda/ et effuderunt sāguinē innocentē in terra sua. Et iudea i eternū habitabitur: et hierusalē in gñatione et gñationē. Et mūdabo sāguinē eorum quē nō mūdauerā: et dñs cōmorabitur in syon. A seculo: et vsque in seculū. Scdm lucam vii. ca.

In illo tpe: Exiit sermo in vniuersā iudeā de iesu: et oēm circa regionē. Et nūciauerunt iohāni discipuli eius: de oībus his. Et cōuocauit duos de discipulis suis iohānes: et misit ad iesū dicēs. Tu es qui venturus es/ an aliū expectamus? Cum autē venissēt ad eū viri: dixerūt. Johannes baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es/ an aliū expectamus? In ipsa autē hora curauit multos a languoribus: et plagis et spiritibus malis/ et cecis multis donauit visū. Et rñdens: dixit illis Eūtes renūciate iohanni: q̄ vidistis et audistis. Quia ceci vidēt/ claudi ābulāt: le-

prosi mūdātur/surdi audiunt/ mortui resurgūt/pauperes euāgelizātur Et beatus est:qui nō fuerit scādalizatus in me. Et cū discessissent nūcij iohānis:cepit dicere de iohāne ad turbas. Quid existis in desertū videre? Arūdinē vento agitatā? Sed qd existis videre? Hoiem mollib⁹ vestimētis indutū? Ecce qui i veste preciosa sūt et in delicijs:in domib⁹ regū sūt. Sed quid existis videre? Prophetā? Utiqꝫ dico vobis:& plusqꝫ prophetā. Hic est de quo scriptum est Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: q preparabit viā tuā ante te. Dico eni vobis:maior inter natos mulierum propheta iohāne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno celorum: maior est illo. Feria sexta. Lectio zacharie prophete. ii. capitu.

HEc dicit dñs: Lauda et letare filia syon: qꝛ ecce ego venio & habitabo i medio tui ait dñs. Et applicabuntur gētes multe ad dñm in die illa:et erunt michi in populum. Et habitabo in medio tui: et scies qꝛ dñs exercituū misit me ad te:et possidebit dñs iudā partē suā in terra scificata: et eliget adhuc hierusalē. Sileat oīs caro a facie eius:qꝛ consurrexit de habitaculo sctō suo. Dicit dñs: omps. Secundum marcum. viii. c.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Uidete et cauete a fermento phariseoꝝ: et fermento herodis. Et cogitabāt ad alterutrū dicentes:quia panes non habemus. Quo agnito:ait illis iesus. Quid cogitatis qꝛ panes nō habetis? Nōdū cognoscitis: nec intelligitis? Adhuc cecatū: habetis cor vestrū. Oculos habentes non videtis:et aures habētes non auditis. Nec recordamini quando quinqꝫ panes fregi in quinqꝫ milia:et quot cophinos fragmentoꝝ plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim. Quando et septē panes i quattuor milia hominū:quot sportas fragmentorū tulistis? Et dicunt ei. Septē. Et dicebat eis. Quomodo nondum intelligitis? Et veniūt bethsaidā:et adducunt ei cecū. Et rogabant eum: vt illum tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eū extra vicum. Et expuēs in oculos ei⁹: impositis manibus suis interrogauit eū si quid videret. Et aspiciēs ait. Uideo homines: velut arbores ambulātes. Deinde iterū imposuit manus super oculos eius:et cepit videre. Et restitut⁹ est ita vt videret omnia. et misit illum in domum suā dicens. Uade in domum tuā:et si in vicum introieris: nemini dixeris.

In vigilia natiuitatis dñi. Offiin

HOdie scietis quia veniet dominus & saluabit vos & mane videbitis gloriā eius. ps. Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigilia i dominica euenerit: dicitur cantus super Kyrie. Sanctus. et Agnus. sicut in festo simplici nouem lec. sin autē dicitur cantus ferialis. Oratio.

DEus qui nos redemptionis nostre annua expectatiōe letificas: presta vt vnigenitum tuum quem redemptorem leti suscipim⁹: venientem quoqꝫ iudicem securi videamus. Dominum nostrum iesū christum filiū tuum. Qui tecum viuit. Nulla fiet memoria. Unus puer accolitus legat lectionem alba indutus ad gradum chori. tamē si dominica fuerit legatur in pulpito / et sēper cum suo titulo. Lectio ysaie prophete. lxii. capitulo.

Hec dicit dñs de⁹. Propter syō nō tacebo/et propter hierusalem nō quiescam: donec egrediatur vt splendor iustus ei⁹/et saluator ei⁹ vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustū tuū: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouū: quod os dñi nominauit. Et eris corona glorie in manu dñi: & dyadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: et terra tua inhabitabitur/quia complacuit dño in te. Deinde absq; interuallo legatur epystola. Lectio epistole btī pauli apostoli. Ad romanos. i.

Fratres: Paulus seruus iesu christi vocatus apostolus segregatus in euangeliū dei/qd ante promiserat per pphetas suos in scripturis sctīs de filio suo qui fact⁹ est ei ex semine dauid scdm carnē: qui predestinatus est filius dei in virtute secundū spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuor iesu christi domini nostri/per quē accepimus gratiam et apostolatū ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. In quibus estis & vos vocati iesu christi dñi nostri. Grad. Hodie scietis quia veniet domin⁹ et saluabit nos et mane videbitis gloriā eius. ℣. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. qui sedes super cherubin appare coram effraim beniamin et manasse. Si hec vigilia in dñica euenerit: missa de dominica in capitulo dicitur. et tunc fiat memoria de sācta maria & de omnibus sanctis tātū. Missa vero de vigilia ad autenticū altare sine aliqua memoria cū hoc Allā. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre et regnabit super nos saluator mundi. Sequentia. Jubilem⁹. Si vo dñica nō fue. tūc Allā. seq. ptermittātur. Scdm matheū i.

In illo tpe: Cū esset despōsata mater iesu maria ioseph: antequā cōuenirēt inuenta est in vtero habens de spū sctō. Joseph autē vir ei⁹ cū esset iustus/et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec autē eo cogitāte: ecce angelus dñi in sōmnis apparuit ei dicēs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā cōiugē tuā. Qd eni in ea natū est: de spū sctō est. Pariet autē filiū: et vocabis nomē eius iesū. Ipse eni saluū faciet populū suum: a pctis eor. Off.

Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales. ℣. Dñi est terra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Iste ℣. si dominica fuerit eo āno pretermittatur. Secreta.

Da nobis quesumus ops deus: vt sicut ad adorāda filij tui natalicia preuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eūdē. Prefatio quotidiana. Cō. Reuelabitur gloria domini et videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcōio.

Da nobis quesumus domine vnigeniti filij tui recēsita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eūdem. In nocte natiuitatis domini post nonam lectionem cātetur hoc euangelium in pulpito a dyacono.

Liber generationis iesu christi filii dauid: filij abraham. Abraham genuit ysaac: ysaac autem genuit iacob. Jacob autem genuit iudam: et fratres eius. Judas autē genuit phares: et zaram de thamar. Phares autem: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason.

Naason autem: genuit salmõ. Salmõ autẽ: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit iesse. Jesse autem: genuit dauid regem. Dauid autẽ rex: genuit salomonẽ ex ea que fuit urie. Salomon autem: genuit roboam. Roboam autẽ: genuit abiam. Abia autem: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Josaphat autẽ: genuit ioram. Jorã autẽ: genuit oziã. Ozias autẽ: genuit ioathan. Joathan autẽ: genuit achaz. Achaz autẽ: genuit ezechiam. Ezechias autẽ: genuit manassem. Manasses autẽ: genuit amon. Amon autẽ: genuit iosiam. Josias autẽ: genuit iechoniã et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post trasmigrationem babilonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autẽ: genuit zorobabel. Zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autẽ: genuit eliachim. Eliachim autem: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autẽ: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob Jacob autem: genuit ioseph virũ marie. De qua natus est iesus: q̃ vocatur christ⁹. Finito euãgelio sacerdos icipiat psal. Te deũ. Quo dicto rectores chori incipiãt missam.

Ad missam in gallicantu. Officium

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerũt gentes: et populi meditati sunt inania. Kyrie. cũ suis ℣. Sequatur Gloria in excelsis. more duplicis festi. Sciendũ q̃ sẽper ad missã dr̃ Glĩa in excel. quotiẽs ad matutinas dr̃ Te deum. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce / vel missa dñicalis in aliquo festo trium lectionũ vel infra octa. sine regimine chori cantanda fuerit. Quando vero aliqua missa de vigi. vel de fes. trium lectionum in capi. de dominica dicitur: tunc etiam dicitur cantus super Kyrie. Gloria in excelsis. quando dicitur Sanctus. et Agnus. ⁊ Ite missa est. sicut in festo triũ lectionũ. Similiter fiat quando dicitur missa dominicalis in capitu. de dominica: tũc etiam dicetur Credo. Oratio.

Deus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratiõe clarescere: da quesumus. vt cui⁹ lucis mysteria i terra cognouimus: eius quoq̃ gaudijs in celo ꝑfruamur. Per dominũ. Duo clerici de secunda forma in capis sericis in pulpito simul cantent lectionem.

Laudes deo dicã ꝑ secula: q̃ me plasmauit i manu dextera atq̃ redemit cruce purpurea sanguine nati. Hic cãtet alternatim. Lctõ ysaie ꝓphete. In qua xp̃i lucida vaticinat nativitas. Hec dicit dñs. Pater filius sanctusspirit⁹ in quo sũt oĩa ꝯdita supna atq̃ ima. Pp̃ls gẽtiũ q̃ ãbulabat i tenebris. Quẽ creasti: quẽ fraude subdola hostis expulit padiso et captiuatũ secũ traxit ad tartara. Uidit lucẽ magnã. Fulsert ⁊ imania nocte media pastorib⁹ lumina. Habitãtib⁹ i regiõe vmbre mortis: lux. Sempiterna et redẽptio vere noua. Orta est eis. Stupẽda natiuitas. Paruulus et nat⁹ est nobis. Magn⁹ hic erit ies⁹ fili⁹ dei. Et fili⁹ patris summi. Dat⁹ est nobis. Ab arce sũma ꝓdictũ sic erat. Et fact⁹ est ꝓicipat⁹ sup humerũ ei⁹. Ut celos regnat atq̃ arua. Et vocabit nomẽ ei⁹ Messias / sother / ẽmanuel / sabaoth / adonay. Admirabilis. Radix dauid. Cõsiliarius

Dei patris. Deus Qui creauit omnia. Fortis Baratri claustra primens teterrima. Pater futuri seculi. Rex oipotẽs et cũcta regẽs. Princeps pacis. Hic est i euũ. Multiplicabit eius imperiũ In hierusalẽ iudea siue samaria. Et pacis nõ erit finis. Per secula sẽpiterna. Super soliũ dauid et super regnum eius sedebit. Et regni meta sui non erit aliqua. Ut confirmet illud In fidei pignore Et corroboret in iudicio et iusticia. Iudex cũ venerit iudicare seculũ. A modo Illi debetur glia laus et iubilatio. Et vsq in sẽpiternũ. Hic cantent simul vsq ad finẽ. Ab ortu solis vsq ad occiduos ad fines mũdi orbis per climata laus creatori resonet cogrua. Amẽ dicãt oia. Ubi nõ habet iste cãt' legatur Lectio ysaie prophete .ix. capitu.

Hec dicit dominus: Populus gẽtium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus enim nat' est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomẽ ei' admirabilis/consiliarius/deus fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ: et pacis non erit finis. Super solium dauid et super regnum eius sedebit: vt confirmet illud/et corroboret i iudicio et iusticia. A modo: et vsq in sẽpiternum. Sine interuallo legatur epystola. Ad titum .ii. capitulo.

Charissime: Apparuit gratia dei saluatoris nostri: omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegãtes impietatem et secularia desyderia sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Expectantes beatam spem: et aduẽtum glorie magni dei et saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab iniquitate/ et mundaret sibi populum acceptabilẽ/sectatorem bonorum operum. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu: domino nostro. Grad. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorũ ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Allã. ℣. Dixit ad me fili' meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canũt omnia dño pie agmina Sillabati neumata perstringendo organica. Hec dies sacrata i qua noua sunt gaudia mũdo plene dedita. Hac nocte precelsa intonuit et gloria i voce angelica. Fulserũt et imania nocte media pastorib' lumina. Dũ fouent sua pecora subito diua percipiũt monita. Natus alma virgine qui extat ante secula. Est immensa i celo gloria pax in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat. Et tãto canore tremat alta poli machina. Sonet et per omnia hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta deum natum in terra. Confracta sunt imperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita nunc letentur omnia nati per exordia. Solus qui tuetur omnia. Solus qui cõdidit omnia. Ipse sua pietate soluat omnia peccata nostra. Euangelium more duplicis festi. Secundum lucam. ii. capitulo.

In illo tẽpore: Exiit edictum a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima: facta est a pside syrie cyrino. Et ibãt omnes: vt profiterẽtur singuli in suam ciuitatẽ. Ascẽdit autẽ et ioseph a galilea de ciuitate nazareth

in iudeam ciuitatem dauid: que vocatur bethleem. Eo q esset de domo et familia dauid: vt profiteretur cũ maria desponsata sibi vxore pregnãte. Factũ est autẽ cũ essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum: primogenitũ. Et pãnis eũ inuoluit: et reclinauit eũ in presepio/ quia nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadẽ: vigilãtes & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos/ & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator/ qui est christ9 dominus in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ: et positũ in presepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militie celestis laudãtiũ deum et dicentiũ. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et legatur in pulpito more duplicis festi. Credo. Offertoriũ. Letentur celi et exultet terra ante faciẽ domini quoniam venit. ¶ Secreta.

Accepta sit tibi domine quesumus hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiẽte per hec sacrosancta cõmercia in illius inueniamur forma: in quo tecum est nostra substãtia iesus christus dñs noster. Qui tecũ. Prefatio. Q2 per incarnati. Hec prefatio dicitur in die natiuitatis domini ad omnes missas et quotidie per ebdomadã: et in die circuncisionis dñi: et in oĩbus missis de sancta maria/ ab hac die vsq ad purificationẽ. Cõicãtes. vero dr tm vsq ad circũcisionẽ: et in die circuncisionis. Cõio. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. ¶ Postcõio.

Da nobis q̃s dñe deus noster: vt q̃ natiuitatẽ dñi nostri iesu christi nos frequẽtare gaudem9: dignis cõuersationib9 ad ei9 mereamur pertingere consortiũ. Qui tecũ. ¶ Ad missam in aurora. Officiũ.

Lux fulgebit hodie super nos quia nat9 est nobis dominus/ et vocabitur admirabilis deus princeps pacis/ pater futuri seculi cui9 regni nõ erit finis. ℣ Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est domin9 fortitudinem et precinxit se. Ad hãc missam dicitur kyrie. absq ℣. Gloria in excelsis. Sanctus. Agnus. sicut in festo simplici ix. lec. dicũtur. Oratio

Da quesumus omnipotẽs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfũdimur: hoc ĩ nostro resplendeat opere: qd per fidẽ fulget in mente. Per eũdẽ. Memoria de sãcta anastasia cum hac oratione.

Da q̃s oĩps de9: vt q̃ btẽ anastasie martyris tue solẽnia colimus/ ei9 apud te patrocinia sẽtiam9. Per d. Ad hãc mis. nõ dñr plures orationes vel pauciores. Sequẽs lectio legat̃ ĩ pulpito ab vno clerico de scda forma. Lectio ysaie prophete. lxi.

Hec dicit dñs Spũs dñi super me: eo q vnxerit me. Ad ãnũciãdũ mãsuetis misit me vt mederer ↄtritis corde: & p̃dicarẽ captiuis ĩdulgẽtiã/ et clausis aptionẽ. Ut p̃dicarẽ annũ placabilẽ dño: & diẽ vltiõis deo nrõ. Ut ↄsolarer oẽs lugẽtes: & ponerẽ ↄsolationẽ lugẽtib9 syõ. Et darem eis coronã pro cinere: oleũ gaudii p luctu/ palliũ laudis pro spũ meroris Et vocabuntur in ea fortes iusticie: plantatio dñi ad glorificandũ. Ecce

dñs auditũ fecit: in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo/ et opus illius coram illo. Et vocabũt eos populus sanctus: redempti a domino. Sine interuallo. Lectio epystole beati pauli apostoli. Ad tytum. iii. cap.

Carissime: Apparuit benignitas et hũanitas: saluatoris nr̃i dei. Nõ ex operib⁹ iusticie q̃ fecimus nos: sed scd̃m suã miam saluos nos fecit. Per lauachrũ regñationis et renouatiõis spũscti: quẽ effudit i nos abũde/ per iesũ christũ saluatorẽ nostrũ. Ut iustificati gratia ipsi⁹: heredes simus scd̃m spem vite eterne. In christo iesu: dño nostro. Gr̃. Benedictus qui venit in nomine dñi: de⁹ dñs et illuxit nobis. ℣. A dño factũ est istud et est mirabile in oculis nostris. Allã. ℣. Dñs regnauit decorẽ induit: induit dñs fortitudinẽ et precinxit se virtute. Sequentia.

Sonẽt regi nato noua cãtica. Cuius pater fecit oĩa/ mater est virgo sacratissima. Generãs hic nescit feminã: illa est sine viro grauida. Uerbũ corde patris genitũ ante secula. Aluus matris gessit corporatũ per tempora. O mira genitura/ o stupẽda natiuitas. O proles gloriosa/ humanata diuinitas Sic te nasciturum fili dei vates docti tuo spiritu dixerant. Sic te oriente laudes tibi cantant pacẽ terris angeli nũciãt Elementa vultus exhilarãt. Omnẽs sancti gaudẽtes iubilant. Salue clamando nosq; salua. Deitas in personis trina. Simplex vsya. Euangelium i pulpito more dominicali legatur. Secundum lucam. ii. capi.

In illo tp̃e: Pastores loquebãtur adinuicem. Transeamus vsq; bethleẽ: et videam⁹ hoc verbũ qd̃ fctũ est/ qd̃ fecit dñs et ostẽdit nobis Et venerũt festinãtes et inuenerũt mariã et ioseph/ et infãtẽ positũ in presepio. Uidentes aũt: cognouerũt de verbo qd̃ dictũ erat illis de puero hoc Et oẽs q̃ audierũt mirati sũt: et de his q̃ dicta erãt a pastorib⁹ ad ipsos. Maria aũt cõseruabat oĩa verba hec/ cõferẽs in corde suo. Et reuersi sũt pastores glorificãtes et laudãtes deũ: i oĩbus q̃ audierãt et viderãt: sicut dictũ est ad illos. Credo. Offr̃. De⁹ ei firmauit orbẽ terre q̃ nõ cõmouebitur: parata sedes tua de⁹ extũc a seculo tu es. Sec.

Munera nostra q̃s dñe natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniant: vt sicut homo genit⁹ idẽ refulsit de⁹: sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinum est. Per eundem. Alia secreta.

Accipe q̃s dñe munera dignãter oblata: et btẽ anastasie suffragantib⁹ meritis/ ad nr̃e salutis auxiliũ puenire cõcede. Prefa. Cõmunicãtes. vt s̃. Cõio. Exulta filia hierusalem ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Postcommunio.

Huius nos domine quesumus sacramẽti semper natalis nouitas instauret: cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem. Per eundem dominum nostrũ iesum christum. Alia postcõmunio.

Satiasti domine familiam tuam munerib⁹ sacris: ei⁹ quesumus semper interuentione nos refoue/ cuius solennia celebram⁹. Per dominum. Ad terciam missam in die natiuitatis domini. Officium.

Puer natus est nobis/ et filius dat⁹ est nobis: cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomẽ ei⁹ magni

consilii angelus. ps. Cãtate domino cã
ticum nouum: quia mirabilia fecit. Oĩo.
Concede qs oĩps de⁹: vt nos v-
nigeniti tui noua p carnẽ na-
tiuitas liberet/quos sub pcti iugo ve
tusta seruit⁹ tenet. Per eũdem. Se-
quẽs lectio legatur in pulpito ab ali-
quo de superiori gradu in superpelli
cio. Lectio ysaie prophete lii. cap.
Hec dicit dñs: Propter hoc sci-
et ppl's me⁹ nomẽ meũ in die
illa: qr ego ipse qui loqbar ecce assum
Quã pulchri super mõtes pedes an-
nunciãtis & predicãtis pacẽ: annun-
ciãtis bonũ / p dicãtis salutẽ dicẽtis
Syõ: regnabit de⁹ tu⁹. Vox specula-
rũ tuorũ leuauerũt vocẽ / simul lau-
dabũt qr oculo ad oculũ videbunt cũ
cõuerterit dñs syon. Gaudete et lau
date simul deserta hierusalẽ: qr cõso-
latus est dñs populũ suum / redemit
hierusalẽ. Parauit dñs brachiũ san-
ctũ suũ / in oculis omniũ gentiũ: & vi
debũt oẽs fines tre / salutare dei nri.
Lcõ eplẽ bti pauli apli. Ad hebreos. i
Fratres: Multipharie multis
q3 modis olim deus loquens
patrib⁹ in prophetis: nouissime die-
bus istis locutus est nobis i filio quẽ
cõstituit heredẽ vniuersorũ / per quẽ
fecit et secula. Qui cũ sit splẽdor glo-
rie et figura substãtie eius / portansq3
oĩa verbo virtutis sue / purgationẽ
pctõrũ faciẽs: sedet ad dexterã maie-
statis in excelsis. Tanto melior ãge-
lis effectus: qñto differẽtius pre illis
nomẽ hereditauit. Cui eñ dixit aliqñ
angelorũ filius me⁹ es tu / ego hodie
genui te: Et rursũ. Ego ero illi in pa
trẽ: et ipe erit michi in filiũ. Et cũ ite
rũ introducit primogenitũ in orbẽ
terre: dixit. Et adorẽt eũ: oẽs angeli
dei. Et ad ãgelos quidẽ dicit. Qui fa
cit angelos suos spirit⁹: & ministros
suos flãmã ignis. Ad filiũ aũt. Thro
nus tuus de⁹ i seculũ seculi: virga e-
quitatis virga regni tui. Dilexisti iu
sticiã & odisti iniqtatẽ: propterea vn
xit te deus / deus tuus oleo exultatio
nis pre participibus tuis. Et tu i pri-
cipio dñe terrã fundasti: & opera ma-
nuũ tuarũ sũt celi. Ipsi peribunt tu
aũt permanebis: et oẽs vt vestimen
tũ veterascent. Et velut amictũ mu
tabis eos: et mutabũtur. Tu aũt idẽ
ipse es: et anni tui non deficiẽt. Gr.
Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri
iubilate deo oĩs terra. ℣ Notũ fecit dñs sa
lutare suũ ante cõspectũ gẽtiũ reuelauit iu
sticiã suã. Allã. ℣ Dies scĩficat⁹ illuxit
nobis: venite gẽtes et adorate dñm: qr ho-
die descẽdit lux magna super terrã. Seq.
Celeste organũ hodie sonuit i
terra. Ad partũ virginis supe
rũ cecinit caterua Quid facis hũana
turba: cur nõ gaudes cũ supera: Vi
gilat pastor cura / vox auditur ange
lica. Cãtabant inclita carmina / ple-
na pace et glĩa. Ad xpm referũt pro-
pria nobis canũt ex grã. Nec cũctor
sũt hec dona / sed mens quor erit bo
na. Nec sũt absolute data / sed decen-
ter sũt plata. Affectus deserãt vicia /
et sic nobis pax est illa / qr bonis est p
missa. Jũguntur superis terrea / ob
hoc quidẽ laus est iũcta / sed decenter
sit diuisa. Gaude hõ cũ perpendis ta
lia. Gaude caro fctã verbi socia. Iste
℣. ter dicatur. Nũciant ei⁹ ortũ syde
ra lucis per indicia Ineũt duces gre
gũ luia bethleẽ vsq3 puia. Inuenitur
rex celorũ iter aĩalia. Arto iacet in p
sepe rex q cingit oĩa Stella maris
quẽ tu paris / colit hũc ecclĩa. Ipsi no
stra per te pia placeãt seruitia. Reso-
nent cuncta redempta. Initium sã-
cti euãgelii secũdũ iohannẽ. i.
In principio erat verbũ: & ver

bum erat apud deum / et deus erat
verbũ. Hoc erat in principio: apud de-
um. Oia per ipsũ facta sũt: et sine ip-
so factũ est nichil. Qđ factũ est in ip-
so vita erat: & vita erat lux hoim. Et
lux in tenebris lucet / & tenebre eã nõ
cõprehẽderũt. Fuit hõ missus a deo:
cui nomẽ erat iohãnes. Hic venit in
testimoniũ: vt testimoniũ perhibe-
ret de luie / vt oẽs crederẽt per illum
Nõ erat ille lux: sed vt testimonium
perhiberet de luie. Erat lux vera: q̃ il
luminat oẽm hoiem venientẽ i hũc
mũdũ. In mũdo erat: & mũdus p ip
sũ fact⁹ est / & mũdus eũ nõ cognouit
In propria venit: & sui eũ nõ recepe-
rũt. Quotquot aũt receperũt eũ: de-
dit eis potestatẽ filios dei fieri his q̃
credũt i noie ei⁹. Qui nõ ex sãguini-
bus: neq; ex volũtate carnis / neq; ex
volũtate viri / sed ex deo nati sũt. Et
verbũ caro factũ est: et habitauit in
nobis. Et vidim⁹ gloriã ei⁹: gloriam
quasi vnigeniti a patre. Plenũ grẽ:
et veritatis. Offr. Tui sũt celi & tua est
terra / orbẽ terrarũ & plenitudinẽ ei⁹ tu fũda
sti / iusticia & iudiciũ preparatio sedis tue.

Oblata dñe munera no- Secr.
ua vnigeniti tui natiuitate sã
ctifica: nosq; a pctõr nrõr maculis
clement emũda. Per eũd. Cõio. Vide
rũt oẽs fines tre salutare dei nri. P⁹cõio.

Presta q̃s ops de⁹: vt nat⁹ ho-
die saluator mundi sicut diui
ne nobis gñationis est auctor: ita et
imortalitatis sit ipe largitor. Qui te
cum. In die sãcti stephani protho
martyris. Ad missam. Officium.

Etenim sederunt prĩci
pes et aduersũ me loq̃-
bãtur / et iniq̃ persecuti
sũt me: adiuua me dñe
de⁹ meus: q2 seruus tu⁹ exercebatur
in tuis iustificationibus. ps. Beati imma
culati i via: q̃ ambulãt i lege dñi. Oratio.

Da nobis q̃s dñe imitari qđ co
limus: vt discam⁹ et inimicos
diligere / q2 ei⁹ natalicia celebram⁹:
qui nouit etiã pro persecutorib⁹ exo
rare / dñm nostrũ iesũ christũ filium
tuum. Qui tecum. Mẽoria de nati.
tm. Lectio actuũ apostolor. vi. vii

In diebus illis: Stephan⁹ ple-
nus grã et fortitudine: facie-
bat prodigia & signa magna i pplo.
Surrexerunt autẽ quidã de synago
ga que appellabatur libertinor & cy
renentiũ & alexandrinor: et eor qui
erãt a cilicia et asia disputãtes cũ ste
phano. Et nõ poterãt resistere sapiẽ
tie: & spiritui qui loquebatur. Audiẽ-
tes autẽ hec dissecabãtur cordib⁹ su-
is: & stridebãt dẽtibus in eũ. Cũ autẽ
esset stephanus plenus spũ sctõ: intẽ
dens in celũ vidit gloriã dei / et iesũ
stantẽ a dextris dei / et ait. Ecce video
celos apertos: et filiũ hois stantem
a dextris virtutis dei. Exclamantes
autẽ voce magna cõtinuerũt aures
suas: et ipetũ fecerunt vnanimiter
in eũ. Et eiicientes eum extra ciuita
tẽ: lapidabãt. Et testes deposuerunt
vestimẽta sua secus pedes adolescẽ-
tis qui vocabatur saulus: et lapida-
bant stephanũ / inuocantẽ & dicentẽ
Dñe iesu suscipe spm meũ. Positis
autẽ genib⁹: clamauit voce magna
dicẽs. Dñe ne statuas illis hoc pctm
Et cũ hoc dixisset: obdormiuit i dño
Gr. Sederũt principes et aduersũ me lo
quebãtur / et iniqui persecuti sũt me. V. Ad
iuua me dñe deus meus / saluũ me fac pro-
pter miam tuã. Alla. V. Video celos ap-
tos & iesũ stãtẽ a dextris virtut dei. Seq.

Magnus deus in vniuersa ter
Fratres: Bonū est homini: mulierē nō tāgere. Propter fornicationē autē: vnusq̄sq3 vxorem suā habeat. Et vnaq̄q3 mulier: virū suū habeat. Uxori vir debitū reddat: similiter autē & vxor viro. Mulier sui corporis potestatē nō habet: sed vir. Similiter autē & vir sui corporis potestatē nō habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicē: nisi forte de cōsensu ad tēpus vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini in idipsū/ nec tentet vos sathanas: pp̄ter incōtinentiam vestram. Secundum lucam x. cap.

In illo tpe: Factū est ābulantibus discipulis in via: dixit q̄dā ad iesū. Sequar te: quocūq3 ieris. Et ait illi iesus. Uulpes foueas habēt/ & volucres celi nidos: filius autē hoīs nō habet vbi caput suū reclinet. Ait autē ad alterū. Seq̄re me. Ille autē dicit. Dn̄e permitte me primū ire: & sepelire patrē meū. Dixitq3 ei iesus.

Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autẽ vade et annũcia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primũ pmitte michi renũciare his q̃ domi sũt. Et ait ad illũ iesus. Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ ⁊ aspiciens retro: apt⁹ est regno dei. ¶ Fer. vi. Epystola. Ad corinthios. i. vii. ca.

Fratres: Unusq̀sq; in qua vocatione vocat⁹ est: in ea pmaneat. Seruus vocat⁹ es: nõ sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber: magis vtere. Qui eni in dño vocat⁹ est seruus: libert⁹ est dñi. Similiter qui liber vocatus est: seru⁹ est christi. Precio empti estis: nolite fieri serui hominũ. Unusquisq; ergo in quo vocatus est frater: i hoc permaneat apud deum. Secundum marcum. x. ca.

In illo tpe: Offerebãt iesu paruulos: vt tãgeret illos. Discipuli autẽ cõminabãtur: offerẽtibus Quos cũ videret iesus: idigne tulit/ et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos. Taliũ est eni: regnũ celoꝝ. Amẽ dico vob: quisq̀s nõ receperit regnũ dei velut paruulus/ nõ intrabit in illud. Et cõplexãs eos ⁊ iponẽs man⁹ sup illos: bñdicebat eos. ¶ Dñica. v. post oct. epy. ad missã. officiũ. Adorate. Orõ.

Familiã tuã q̃s dñe continua pietate custodi: vt q̃ in sola spe grẽ celestis initit: tua sẽper ptectione muniat. Per. Ad colosẽses. iii

Fratres: Induite vos sicut electi dei scti et dilecti viscera mie: mãsuetudinẽ/ benignitatẽ/ humilitatẽ/ modestiã/ patiẽtiã/ supportãtes inuicẽ ⁊ donãtes vobismetipsis. Si q̀s aduers⁹ aliquẽ habet q̃relã: sicut ⁊ dñs donauit vobis/ ita ⁊ vos. Sup hec oĩa aũt charitatẽ habẽtes: qḋ est viculũ pfectiõis. Et pax xp̃i exultet in cordibus vr̃is: i qua ⁊ vos vocati estis in vno corpore/ ⁊ grati estõte. Uerbũ xp̃i habitet in vobis abundãter in oĩ sapiẽtia: docẽtes ⁊ cõmonẽtes vosmetipsos in psalmis hymnis ⁊ cãticis spiritalibus/ in grã cãtãtes ⁊ psallẽtes in cordibus vr̃is deo. Oĩne qd̃cũq; facitis in verbo aut in opere: oĩa in noĩe dñi nostri iesu christi facite/ gratias agentes deo et patri. Per iesũ christũ: dominũ nostrũ Gr. Timebũt gẽtes. Allã. ℣. Dñs regnauit. Secundum matheum. xiii. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ celoꝝ hoi: q̃ seminauit bonũ semen in agro suo. Cũ autẽ dormirẽt hoies venit inimicus ei⁹: et superseminauit zizania in medio tritici ⁊ abiit. Cũ autẽ creuisset herba et fructũ fecisset: tũc apparuerũt ⁊ zizania. Accedẽtes autẽ serui patrisfamilias: dixerũt ei. Dñe: nõne bonũ semẽ seminasti i agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ hõ hoc fecit. Serui autẽ dixerũt ei. Uis imus ⁊ colligim⁹ ea? Et ait. Nõ. Ne forte colligẽtes zizania: eradicetis simul cũ eis ⁊ triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messẽ: ⁊ in tpe messis dicã messorib⁹. Colligite primũ zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cõburẽdũ. Triticũ aũt cõgregate: i horreũ meũ. Offr. Dextera domini. Secreta.

Suscipe q̃s dñe tuoꝝ oblatiões ⁊ pcesq; seruoꝝ: vt sub tue ptectionis auxilio/ ⁊ collata nõ pereãt: ⁊ q̃ expetũt apphẽdãt. Per d. Prefatio quotid. Cõ. Mirabantur. Postcõio.

Deus q̃ nos sacramẽti tui participatiõe cõtingis/ virtutis ei⁹ effect⁹ i nr̃is cordib⁹ opare: vt muneri diuino qḋ suplum⁹/ p ipsũ mun⁹ aptemur. P. ¶ Fer. iiii. Ad thimo. i. ii

Charissime: Obsecro primum oim fieri obsecratiões: oratio nes/postulatiões/ et grãrum actiones pro oib⁹ hoib⁹. Pro regib⁹ et oibus qui in sublimitate sũt cõstituti: vt quietã et trãquillã vitã agamus in oi pietate et castitate. Hoc eni bonum est et acce ptũ: corã deo saluatore nro. Qui oẽs hoies vult saluos fieri: et ad agnitio nẽ veritatis venire. Un⁹ eni de⁹: vn⁹ et mediator dei et hoim hõ xps iesus. Qui dedit semetipsũ in redẽptionẽ pro oibus cui⁹ testimoniũ tpibus suis cõfirmatũ est: in quo posit⁹ sũ ego predicator et apostolus. Ueritatẽ di co et nõ mẽtior: doctor gẽtiũ in fide: et veritate. Secundũ matheũ xxi.

In illo tpe: Dixit iesus turbis iudeorum. Hõ qdã habuit duos fi lios: et accedens ad primũ dixit. Fili: vade hodie operari in vineã meam Ille aũt rñdẽs: ait. Nolo. Postea au tẽ penitẽtia mot⁹: abiit. Accedẽs au tẽ ad alterũ: dixit similiter. At ille re spõdẽs: ait Eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit volũtatẽ pris? Dicũt. Primus. Dixit illis iesus. Amẽ dico vobis: qr publicani et meretrices pce dẽt vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohãnes in via iusticie: et nõ cre didistis ei. Publicani autẽ et meretri ces: crediderũt ei. Uos aũt videtes: nec penitẽtiam habuistis vt postea crederetis ei. Qui habet aures audiẽ di: audiat. Dñica i lxx. Ad mis. of.

Circũdederũt me gemit⁹ mortis/ dolores iferni cir cũdederũt me: et i tribula tione mea iuocaui dñm et exaudiuit de tẽplo sctõ suo. ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meum et liberator me⁹. Ab hac die vsqz ad vigi. pasche nõ dr Glia in ex. neqz Ite missa est. de quocunqz dr mis. nisi eps i cena d. celebrauerit. or.

Preces populi tui qs dñe cle mẽter exaudi: vt qui iuste pro pctis nostris affligimur/ p tui nois glia misericorditer liberemur. Per dñm. Epla. Ad corinthios .i. ix. ca.

Fratres: Nescitis qr hi q i sta dio currũt. oẽs quidẽ currũt: sed vnus accipit brauiũ? Sic currite: vt cõprehẽdatis. Ois eni qui in ago ne cõtẽdit: ab oibus se abstinet. Et il li qdẽ vt corruptibilẽ coronam acci piãt: nos aũt icorruptã. Ego igitur sic curro: nõ quasi in incertũ. Sic pu gno: nõ quasi aerẽ verberãs. Sed ca stigo corp⁹ meũ et i seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs pdicauerim/ ipse repro bus efficiar. Nolo eni vos ignorare fratres qm patres nri oẽs sub nube fuerũt: et oẽs mare trãsierũt/ et oẽs in moyse baptizati sũt in nube et in ma ri. Et oẽs eãdẽ escã spũalẽ manduca uerũt. Et oẽs eũdẽ potũ spũalẽ bibe rũt. Bibebãt aũt de spũali: cõsequen te eos petra. Petra aũt: erat xps. gr. Adiutor in opportunitatibus i tribulatiõe sperẽt in te q nouerũt te qm nõ dereliquis qrẽtes te dñe. V. Qm nõ i finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperum nõ peribit i eter nũ exurge dñe ne pualeat hõ. Nõ repetat gr. qñcũqz dicat tract. vt s. Tractus

De profũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. V. Fiãt aures tue intẽdẽtes: in oratione serui tui. V. Si iniq tates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit? V. Qr apud te propiciatio est: et propter le gẽ tuã sustinui te dñe. Scdm matheũ xx

In illo tpe: Dixit iesus discipu lis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorum hoi patrifamilias: q exijt primo mane cõducere operari os in vineã suã. Cõuẽtione autẽ fctã cũ operarijs ex denario diurno: mi sit eos i vineã suã. Et egressus circa

hořā terciā: vidit alios stātes ī foro ociosos/et illis dixit. Ite et vos in vineā meā: ꝛ qđ iustum fuerit dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterū autē exiit circa sextā ꝛ nonā horā: ꝛ fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit et inuenit alios stātes: ꝛ dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. qꝛ nemo nos conduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineā meā. Cū sero autē factū esset: dixit dñs vinee procuratori suo. Uoca operarios et redde illis mercedem: icipiēs a nouissimis vsqꝫ ad primos. Cū venissent ergo q̄ circa vndecimā horā venerant: acceperūt singulos denarios. Uenientes autē ꝛ primi: arbitrati sūt qꝫ plus essent accepturi. Acceperūt autē ꝛ ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabāt aduersꝰ patrēfamilias: dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: ꝛ pares illos nobis fecisti q̄ portauimꝰ pōdus diei ꝛ estus. At ille rūdēs: vni eorꝫ dixit. Amice: nō facio tibi iiuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecum? Tolle qđ tuū est ꝛ vade. Uolo aūt et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An nō licet michi qđ volo facere? An oculus tuus neqꝫ est/qꝛ ego bonus sū? Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi eni sūt vocati: pauci vero electi. Offꝫ. Bonū est confiteri dño ꝛ psallere noī tuo altissime. ℣. Quā magnificata sūt opera tua dñe: nimis pfūde facte sūt cogitatiōes tue. ℣. Ecce imici tui dñe peribūt: ꝛ dispergētur oēs q̄ operātur iniquitatem. Prefa. quotid. Secreta.

Muneribus nostris q̄s dñe pcibusqꝫ susceptis: et celestibꝰ nos munda mysteriis/et clementer exaudi. Per. Coio. Illumina faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in tua misericordia domine non confundar quoniam inuocaui te. Postcommunio

Fideles tui deus per tua dona firmētur: vt eadē et percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per dñm. Sciendū est qꝫ seruitiū huius diei non differatur propter aliquod festū nisi cū purificatio beate marie vel dedicatio ecclesie in hac die dñica forte contigerit. tūc enim differatur vsqꝫ ad quartā feriam. Tractus De profundis, pretermittatur qm̄ i ferialibus diebus nō dicitur tractus ante quartā feriā i capite ieiunii: nisi tantū in missa p defunctis/nec etiā in festis sāctorꝫ sine regimine chori. Quōcūqꝫ vero aliud festū in hac dñica vel in aliqua dñica vsqꝫ ad passionē dñi cōtigerit: sēper differatur licet duplex festū fuerit. et fiat seruitiū de ipsa dñica/ nulla fctā de festo mēo. nisi sit festū triū lectionū quod nō differatur: sed tūc de eo fiat memoria vsqꝫ ad quadragesimā tantū. A quarta autē feria in capite ieiunii vsqꝫ in crastinū octa. pasche nichil fiat ad missā đ festo triū lectionū nec etiā mēoria. Feria quarta

Epystola. Ad corinthios ii. iiii. ca.

Fratres: Si opertū est euangeliū nostrū in his que pereunt: est opertū in quibus deus huius seculi excecauit mentes infideliū/vt nō fulgeat illuminatio euāgelii glie christi/qui est imago dei. Nō eni nos metipsos predicamus: sed iesū christū dominū nostrū. Nos aūt seruos vestros per iesū: quoniā deus qui dixit de tenebris lucē splēdescere/ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei in facie iesu christi. Habemꝰ autē thesaurū istū absconditū in vasis fictilibꝰ: vt sublimitas sit virtutis dei ꝛ nō ex nob!. In oībꝰ tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur:

sed nõ destituimur. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed nõ confundimur. Deiicimur: sed nõ perimus. Sẽper mortificationem iesu in corpore nostro circũferẽtes: vt et vita iesu i corporibus nostris manifestetur. Sẽp eni nos qui viuimus in mortẽ tradimur propter iesũ: vt et vita iesu manifestetur in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autẽ in vobis. Secundũ marcum. ix. c.

In illo tpe: Egressus iesus ibat per galileã: nec volebat quẽq̃ scire. Docebat aũt discipulos suos: & dicebat illis. Qm̃ fili⁹ hoĩs tradetur in man⁹ hoĩm: et occidẽt eum & occisus tercia die resurget. At illi ignorabãt verbũ: & timebant eũ interrogare. Et venerunt capharnaũ. Qui cũ domi essent: iterrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidẽ inter se i via disputauerãt: qs esset illorũ maior. Et residẽs vocauit duodeci: & ait illis. Si qs vult primus esse: erit oĩm nouissim⁹ et oĩm minister. Et accipiẽs puerũ: statuit eũ in medio eorũ. Quẽ cũ cõplexus esset: ait illis. Quisqs vnum ex huiusmodi pueris receperit in noĩe meo: me recipit. Et qcũq̃ me susceperit / nõ me solũ suscipit: sed eũ qui me misit. Qui habet aures audiẽdi: audiat.

Feria vi. Ad corinthios. ii. iiii. ca.

Fratres: Habẽtes spm̃ fidei: sicut scriptũ est. Credidi propter qd locut⁹ sũ: et nos credim⁹ / propter qd & loquimur / sciẽtes qm̃ q̃ suscitauit iesũ a mortuis / & nos cũ iesu suscitabit & cõstituet vobiscũ. Oĩa eni propter vos: & grã abũdãs per multos in grãrũ actione abũdet in gloriã dei / propter qd nõ deficimus. Sed licet is qui foris est noster hõ corrũpatur: tamẽ is qui itus est renouatur de die in diẽ. Id eni qd in p̃señti est momentaneũ & leue tribulatiõis nr̃e supra modũ i sublimitate eternũ glie põdus operatur in nobis: nõ cõtemplãtibus nobis q̃ videtur sed q̃ nõ videtur. Que eni videtur tpalia sũt: q̃ aũt nõ videtur / etna sũt. S. mat. xii.

In illo tpe: Dixit iesus pharise is. Qui nõ est mecũ: cõtra me est. Et q̃ nõ cõgregat mecũ: spargit. Ideo dico vobis. Oĩe pctm̃ & blasphemia remittetur hoĩbus: spũs autẽ blasphemie nõ remittet. Et qcũq̃ dixerit verbũ cõtra filiũ hoĩs: remittetur ei. Qui autẽ dixerit cõtra spm̃ sctm̃: nõ remittetur ei / neq̃ in hoc seculo neq̃ in futuro. Aut facite arborẽ bonã & fructũ ei⁹ bonũ: aut facite arborẽ malã & fructũ ei⁹ malũ. Siqdẽ ex fructu: arbor cognoscitur. Progenies viperarũ quomodo potestis bona loq / cũ sitis mali? Ex abũdãtia eni cordis: os loqtur. Bon⁹ hõ de bono thesauro: profert bona. Et mal⁹ hõ de malo thesauro: profert mala. Dico autẽ vobis: qm̃ oẽ verbũ ociosũ qd locuti fuerint hoĩes: reddẽt rationẽ de eo in die iudicij. Ex verbis eni tuis iustificaberis: & ex verbis tuis cõdẽnaberis.

Dñica in lx. Offi.

Exurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuam auertis obliuiscẽris tribulationẽ nostrã adhesit i terra venter noster exurge dñe adiuua nos & libera nos. p̃s. De⁹ aurib⁹ nr̃is audiuim⁹: p̃res nr̃i annũciauerũt nobis. Orõ

Deus qui conspicis q̃r ex nulla nostra actione cõfidimus: cõcede propicius. vt cõtra aduersa oĩa doctoris gentium protectione muniamur. Per do. Ad corinthios. ii. xi

Fratres: Libẽter suffertis insi piẽtes: cũ sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis eni: si quis vos in seruitutẽ redigit. Si qs deuorat: si qs accipit/ si quis extollitur/ si quis i faciẽ vos cedit. Scdm ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo quis audet [in isipiẽtia dico] audeo ꝛ ego. Hebrei sũt: et ego. Israelite sũt et ego. Semẽ abrahe sũt: et ego. Ministri xpi sũt: ꝛ ego. Ut minus sapiẽs dico: plus ego. In laborib⁹ plurimis/ in carcerib⁹ abũdãtius: in plagis supra modũ/ in mortib⁹ frequẽter. A iudeis quiquies quadragenas: vna minus accepi. Ter virgis ces⁹ sũ: semel lapidat⁹ sũ. Ter naufragiũ feci. Nocte ac die in pfundũ maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminũ/ piculis latronũ/ piculis ex genere/ periculis ex gẽtib⁹ piculis in ciuitate/ piculis i solitudine/ piculis i mari/ piculis i falsis fratrib⁹ In labore et erũna: in vigiliis multis. In fame et siti: i ieiuniis multis. In frigore et nuditate. Preter illa q̃ extrinsecus sũt: instãtia mea quotidiana sollicitudo oim ecclia rũ. Quis infirmatur et ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur/ ꝛ ego nõ vror? Si gliari oportet que infirmitatis mee sũt gliabor. Deus ꝛ pater dñi nr̃i iesu xpi scit qui est bñdictus in scl'a: q' non mentior. Damasci ppolit⁹ gentis arethe regis custodiebat ciuitatẽ damascenorũ: vt me cõprehẽderet. Et per fenestrã in sporta demissus sũ p murũ: et sic effugi man⁹ ei⁹. Si gliari oportet nõ expedit quidẽ. Veniã aũt ad visiones: ꝛ reuelatiões dñi. Scio hominẽ in christo ante annos quattuordeci: siue i corpore/ siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit/ raptũ huiusmodi vsq ad tercium celũ. Et scio huiusmodi hominẽ siue i corpore siue extra corp⁹ nescio de⁹ scit: quoniã rapt⁹ est in paradisũ/ et audiuit archana verba/ q̃ nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: p me aũt nichil nisi i infirmitatib⁹ meis Nã et si voluero gliari: nõ ero insipiẽs. Ueritatẽ eni dicã. Parco aũt. ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliqd ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me: dat⁹ est michi stimulus carnis mee angel⁹ sathane/ q̃ me colaphiset. Propter qd ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gr̃a mea. Nã virt⁹ i ifirmitate perficit. Libenter igitur gliabor/ in ifirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virtus christi. Hec epistola cotidie legatur hac die tãtũ qñ vero de per ebdomadam semper incipiatur ab ista clausula Damasci prepositus Et legatur vsq ad finem. Gradale.

Sciãt gẽtes qm̃ nomẽ tibi dñs tu sol⁹ altissimus sup oẽm terrã. ℣. Deus me⁹ pone illos vt rotã ꝛ sicut stipulã ante faciẽ venti.

Commouisti dñe terrã et cõturbasti eã. ℣. Sana cõtritões ei⁹ quia mota est. ℣. Ut fugiãt a facie arcus: vt liberẽtur dilecti tui. Tr.

Scdm lucã. viii.

In illo tpe: Cũ turba plurima cõueniret/ ꝛ de ciuitatib⁹ properarent ad iesũ: dixit p similitudinẽ Exiit q̃ seminat: seminare semẽ suũ. Et dũ seminat: aliud cecidit secus viam/ ꝛ cõculcatũ est/ ꝛ volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: ꝛ natũ aruit. q2 nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas: ꝛ simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit i terrã bonam: ꝛ ortũ fecit fructũ cẽtuplũ. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiẽdi: audiat Interrogabãt aũt eũ discipuli eius q̃ esset hec parabola. Quibus

ipse dixit Vobis datū est nosse mysterium regni dei: ceteris aūt i parabolis. vt videtes nō videāt/ et audiētes nō intelligāt. Est autē hec parabola. Semē/ est verbū dei. Qui autē secus viā: hi sūt qui audiūt. Deinde venit dyabolus/ et tollit verbū de corde eorū: ne credētes salui fiāt. Nā q̄ supra petrā: hi sūt q̄ cū audierit/ cū gaudio suscipiūt verbū. Et hi radices nō habēt: qr ad tēpus credūt/ ⁊ in tp̄e tētationis recedūt. Quod aūt i spinis cecidit: hi sunt q̄ audierūt/ ⁊ a sollicitudinib⁹ et diuitijs ⁊ voluptatibus vite eūtes suffocātur/ ⁊ nō referūt fructū Quod aūt cecidit in terram bonā: hi sūt q̄ in corde bono ⁊ optimo audientes v̄bū retinēt. Et fructū afferūt: in patientia. Offr. Perfice gressus meos i semitis tuis vt nō moueātur vestigia mea inclina aurē tuā ⁊ exaudi verba mea mirifica mias tuas q̄ saluos facis sperantes in te dn̄e. ℣. Exaudi dn̄e iusticiā meā intende dep̄catione meā aurib⁹ percipe orationem meā. ℣. Custodi me dn̄e vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarum protege me eripe me domine ab impio. Secreta.

Intende q̄s dn̄e hostiam famılie tue: vt quā sacris munerib⁹ facis esse participem: tribuas ad eius plenitudinem peruenire. Per dominū Prefa. quoti. Cō. Introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuētutē meā. Postcōio

Supplices te rogamus omnipotēs deus: vt quos tuis reficis sacramētis/ tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire cōcedas. p.

Feria. iiij. ij. Ad corinthios. i. ij.

Fratres: Ego testē deū inuoco in animā meā: q̄ parcens vobis non veni vltra corinthū. Nō quia dn̄amur fidei vestre/ sed adiutores sum⁹ gaudij vestri: nā fide statis. Statui aūt hoc ipsū apd̄ me ne iterū i tristicia venirē ad vos. Si ei cōtristo vos: ⁊ q̄s est q̄ me letificet/ nisi q̄ ɔtristatur ex me. Et hoc ipsū scripsi vobis: vt nō cū venero tristiciā sup tristiciā habeā de quib⁹ oportet me gaudere/ cōfidēs in oībus vobis. qr meū gaudiū oīm vestrū est. Nā ex multa tribulatiōe et angustia cordis scripsi vobis p̄ multas lachrymas vt nō cōtristemini: sed vt sciatis quā caritatē habeā abundātius in vobis. Si quis aūt cōtristauit me: nō me cōtristauit sed ex parte vt nō onerē omnes vos Sufficit illi huiusmodi est obiurgatio hec q̄ fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis donetis ⁊ consolemini ne forte abundātiori tristicia absorbeatur/ qui huiusmodi est. Propter qd̄ obsecro vos: vt ɔfirmet; illū i charitate. Ideo eni scripsi vobis vt cognoscā experimētū v̄rm: an i oīb⁹ obediētes sitis Si cui aūt aliq̄d donastis: et ego. Nā ⁊ ego qd̄ donaui si q̄d donaui p̄pter sermonē xp̄i: vt nō circūueniamur a sathana. Nō enim ignoramus: cogitatiōes ei⁹. S. marcū. iiij.

In illo tp̄e: Cepit iesus docere ad mare/ ⁊ cōgregata est ad eū turba multa: ita vt naui ascēdēs sederet in mari. Et oīs turba: circa mare super terrā erat. Et docebat illos in parabolis multa: ⁊ dicebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminans ad seminandū. Et dū seminat aliud cecidit circa viā: ⁊ venerūt volucres celi/ ⁊ comederūt illud. Aliud vero cecidit supra petrosa: vbi nō habuit terrā multā. Et stati exortū est: qm̄ non habebat altitudinem terre. Et quādo exortus est sol: exestuauit/ eo q̄ non haberet radicē exaruit. Et aliud cecidit in spinis: et ascenderūt spine ⁊ suffocauerūt illud/ ⁊ fructum nō dedit. Et aliud cecidit in terrā bo

nã: et dabat fructũ ascẽdẽtẽ et crescentẽ. Et afferebat vnũ tricesimũ: et vnũ sexaginta/ et vnũ cẽtum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat.

Feria. vi. Ad corinthios. ij. v. capi.

Fratres: Sciẽtes timorẽ dñi hoĩbus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero aũt et in cõsciencijs vestris: manifestos nos esse Nõ enĩ iterũ nos cõmẽdamus vobis sed occasionẽ damus vobis gloriãdi pro nobis: vt habeatis ad eos q̃ in facie gloriãtur et nõ in corde. Siue enĩ mẽte excedimus deo: siue sobrij sumus vobis. Caritas enĩ xpi vrget nos estimantes hoc q̃ si vnus pro oĩbus mortuus est: ergo oẽs mortui sũt. Et pro oĩbus mortuus est christus. vt et qui viuunt/ iam nõ sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

Secundum lucam. xvij. capitulo.

In illo tpe: Interrogatus iesus a phariseis: qñ venit regnum dei. Respondit eis et dixit. Non venit regnum dei cũ obseruatione: neq̃ dicẽt ecce hic/ aut ecce illic. Ecce eñ regnũ dei: intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Uenient dies qñ desideretis videre vnũ diem filij hoĩs: et nõ videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neq̃ sectemini. Nam sicut fulgur choruscans de sub celo in ea q̃ sub celo sũt fulget: ita erit filius hoĩs in die sua. Primũ autẽ oportet illum multa pati: et reprobari a generatiõe hac. Et sicut factũ est in diebus noe: ita erit et in diebus filij hoĩs. Edebãt et bibebãt/ vxores ducebant/ et dabant̃ ad nuptias vsq̃ in diẽ qua ĩtrauit noe ĩ archã et venit diluuiũ: et pdidit oẽs. Similiter sicut factũ est ĩ diebus loth: edebãt et bibebãt/ emebãt et vẽdebãt/ plãtabãt et edificabãt. Qua die aũt exijt loth a sodomis pluit ignẽ et sulphur de celo/ et oẽs pdidit. Scd̃m hec erit: qua die filius hoĩs reuelabitur. In illa hora q̃ fuerit in tecto et vasa eius ĩ domo: nõ descẽdat tollere illa. Et q̃ ĩ agro: similiter nõ redeat retro. Mẽores estote vxoris loth. Quicũq̃ q̃sierit aĩam suã saluã facere. pdet illã. Et quicũq̃ pdiderit illã: viuificabit eã. Dico vobis in illa nocte erũt duo ĩ lecto vno: vnus assumetur/ et alter relinquetur. Due erũt molẽtes in vnũ: vna assumet̃/ et altera relinquet̃. Duo in agro: vnus assumetur: et alter relinquet̃. Respõdentes dicũt illi. Ubi dñe? Qui dixit eis. Ubicũq̃ fuerit corpus: illuc cõgregabũtur aq̃le.

Dñica ĩ quiquagesima. offĩn

Esto michi ĩ deũ ptectorẽ et ĩ locũ refugij vt saluũ me facias: qñ firmamẽtũ meũ et refugium meũ es tu et pp̃ter nomẽ tuũ dux michi eris et enutries me. ps. In te dñe speraui nõ cõfũdar ĩ etnũ: ĩ iusticia tua libera me et eripe me. Or

Preces nr̃as q̃s dñe clementer exaudi: atq̃ a peccatorũ vinculis absolutos/ ab oĩ nos aduersitate custodi. Per dominũ.

Ad corinthios. i. xiij. capitulo.

Fratres: Si linguis hoĩm loquar et angelorũ. caritatẽ aũt nõ habeã: factus sũ velut es sonãs/ aut cymbalũ tinniẽs. Et si habuero prophetiã et nouerĩ mysteria oĩa/ et oẽm sciẽtiã. et si habuero oẽm fidem ita vt mõtes trãsferã: caritatẽ aũt nõ habeam nichil sũ. Et si distribuero ĩ cibos pauperũ oẽs facultates meas/ et si tradidero corpus meũ ita vt ardeã: caritatẽ aũt nõ habuero/ nichil michi pdest Caritas patiẽs est: benigna est. Caritas nõ emulatur: nõ agit pperã/ nõ ĩflatur/ nõ est ãbiciosa/ non q̃rit q̃ sua sũt. Nõ irritatur/ non cogitat malũ:

nō gaudet super iiquitate: cōgaudet autē veritati. Oia suffert/oia credit/oia sperat: oia sustinet. Charitas nūq̄ excidit: siue pphetie euacuabūt/siue lingue cessabūt/siue sciētia destruetur. Ex parte eni cognoscimus: et ex parte pphetamus. Cū autē venerit qd pfectū est: euacuabitur qd ex parte est. Cū essē paruul⁹: loq̄bar vt paruulus/sapiebā vt paruulus/cogitabā vt paruulus. Quādo autē fact⁹ sū vir: euacuaui q̄ erāt paruuli. Videm⁹ nūc per speculū i enigmate: tūc autē facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut ꝛ cognit⁹ sū. Nūc aūt manēt fides: spes/charitas tria hec. Maioꝛ āt hoꝝ: est caritas. Gr. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia solus: notā fecisti i gētib⁹ virtutē tuā. ℣. Liberasti i brachio tuo pplm̄ tuū filios isrl̄ iacob ꝛ ioseph. Iubilate deo ois terra: seruite domino i leticia. Tr. ℣. Intrate i cōspectu ei⁹ i exultatiō e. ℣. Scitote qm̄ dn̄s ipse est de⁹. ℣. Ipse fecit nos ꝛ nō ipsi nos: nos aūt ppl̄s ei⁹ ꝛ oues pascue ei⁹. S. luc. xviii.

In illo tpe: Assūpsit iesus duodeci discipulos suos: ꝛ ait illis. Ecce ascēdimus hierosolimā: et consūmabūtur oia q̄ scripta sūt p pphetas de filio hois. Tradetur eni gētib⁹ et illudetur: ꝛ flagellabit ꝛ ꝯspuetur. Et postq̄ flagellauerint: occidēt eū/ꝛ tercia die resurget. Et ipi nichil hoꝝ itellexerūt. Erat autē verbū istud abscōditū ab eis: et nō intelligebāt q̄ dicebātur. Factū est aūt cū appꝛopinquaret hierico: cec⁹ quidā sedebat secus viā/mēdicās. Et cū audiret turbā pꝛetereūtē: interrogabat qd hoc esset. Dixerūt autē ei: q2 iesus nazarenus trāsiret. Et clamauit dicēs. Iesu fili dauid: miserere mei. Et qui pibant: increpabant eū vt taceret. Ipse vero: multo magis clamabat. Fili dauid: miserere mei. Stans autē iesus: iussit illū adduci ad se. Et cū appꝛopinquasset: interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis faciā? At ille dixit. Dn̄e: vt videā. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua: te saluū fecit. Et cōfestim vidit: ꝛ seq̄batur illū magnificās deū. Et ois plebs vt vidit: dedit laudē deo. Offer. Bn̄dictus es dn̄e doce me iustificationes tuas. bn̄dictus es domine doce me iustificatiōes tuas: i labiis meis pꝛonūciaui oia iudicia oꝛis tui. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. beati qui scrutantur testimonia eius in toto coꝛde exquirunt eū. ℣. Aufer a plebe tua oppꝛobꝛiū et cōtēptū q2 mādata tua non sumus obliti domine. Secreta.

Hec hostia dn̄e q̄s emūdet nostra delicta: ꝛ ad sacrificiū celebrandū subditoꝝ tibi coꝛpoꝛa mētes q3 sctificet. Per do. Pꝛefatio quotid. Cōio. Manducauerunt et saturati sūt nimis: et desideriū eoꝝ attulit eis dominus/nō sunt fraudati a desiderio suo. Postcō.

Quesumus oips de⁹: vt qui celestia alimenta percepimus: per hec cōtra omnia aduersa muniamur. Per dominū. Feria quarta i capite ieiunii. post sextā Impꝛimis fiat sermo ad populum si placuerit: deinde pꝛosternant se clerici in choro et dicāt septē psalmos penitētiales cū Gloꝛia patri. et Sicut erat ꝛ ā. Ne reminiscaris. Excellentioꝛ vero sacerdos indutus vestibus sacerdotalibus in capa serica rubea cum dyacono a dextris: ꝛ subdyacono a sinistris cū ceteris ministris altaris: qui oēs sint albis cū amictibus iduti ante altare dicant per se septē p̄os penitentiales in pstra. cū ā. Ne reminiscaris. ℣.

Domine ne i furoꝛe tuo arguas me: neq3 in ira tua coꝛripias me. Miserere mei dn̄e qm̄ ifirm⁹

Di

sũ: sana me dñe qm̃ cõturbata sũt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe vsq̃quo. Conuertere dñe ⁊ eripe aĩam meã: saluũ me fac ꝓpter miam tuã. Qm̃ nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi. Laboraui i gemitu meo/lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbat⁹ est a furore oculus me⁹: inueteraui iter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs q̃ operamini iniquitatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocẽ flet⁹ mei. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã: dñs orationẽ meam suscepit. Erubescãt ⁊ cõturbentur vehemẽter oẽs inimici mei: conuertãtur ⁊ erubescãt valde velociter. Gloria patri et filio. Sicut erat.

Beati quoꝝ remisse sũt iniqtates: et quoꝝ tecta sũt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dñs pctm̃: nec est in spũ ei⁹ dolus. Qm̃ tacui inueterauerũt ossa mea: dũ clamarẽ tota die. Qm̃ die ac nocte grauata est super me man⁹ tua: conuersus sũ in erũna mea dũ cõfigitur spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: et iniusticiã meã nõ abscondi. Dixi cõfitebor aduersũ me iniusticiã meã dño: ⁊ tu remisisti ĩpietatẽ pcti mei. Pro hac orabit ad te oĩs sctũs: in tẽpore opportuno. Verũtamẽ ĩ diluuio aquaꝝ multaꝝ: ad eũ nõ approximabũt. Tu es refugiũ meũ a tribulatiõe q̃ circũdedit me: exultatio mea erue me a circũdãtib⁹ me. Intellectũ tibi dabo et istruam te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quib⁹ nõ est intellectus. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ cõstringe: qui nõ approximãt ad te. Multa flagella peccatoris: sperantẽ autẽ in dño mia circundabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde. Gloria pri. Sicut.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. Quoniã sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manum tuam. Nõ est sanitas ĩ carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorũ meoꝝ. Quoniã iniqtates mee supergresse sunt caput meũ: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq̃ ĩ finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Dñe ante te omne desiderũ meũ: et gemitus meus a te nõ est abscõditus. Cor meũ cõturbatũ est dereliquit me virtus mea: ⁊ lumẽ oculorum meoꝝ et ipsũ non est mecũ. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerũt ⁊ steterunt. Et qui iuxta me erãt delonge steterũt: ⁊ vim faciebant qui querebant animã meã. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autẽ tãq̃ surdus nõ audiebã: ⁊ sicut mut⁹ nõ aperiẽs os suũ. Et factus sum sicut hõ nõ audiẽs: ⁊ nõ habẽs in ore suo redargutiões. Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus. Qr dixi nequãdo supgaudeant michi inimici mei: ⁊ dũ cõmouẽtur pedes mei super me magna locuti sũt. Qm̃ ego ĩ flagella paratus sũ: ⁊ dolor me⁹ in cõspectu meo semper. Qm̃ iniquitatẽ meã annuncia-

bo: et cogitabo pro pctõ meo. Ini-
mici autẽ mei viuũt et cõfirmati sũt
super me: ꝛ multiplicati sũt qui ode-
runt me inique. Qui retribuũt ma
la pro bonis detrahebãt michi: qm̃
sequebar bonitatẽ. Ne derelinquas
me dñe deus meus: ne discesseris a
me. Intende in adiutoriũ meũ: do
mine deus salutis mee. Gloria patri.

Miserere mei deus: scdm̃ ma-
gnã miam tuã. Et secundũ
multitudinẽ miserationũ tuarum: de-
le iniquitatẽ meã. Amplius laua me
ab iniquitate mea: et a pctõ meo mũ
da me. Qm̃ iniquitatẽ meã ego co
gnosco: et pctm̃ meũ cõtra me est sẽ
per. Tibi soli peccaui et malũ corã
te feci: vt iustificeris in sermonibus
tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce enĩ
in iniquitatibus cõceptus sũ: et i pec
catis cõcepit me mater mea. Ecce
enĩ veritatẽ dilexisti: incerta ꝛ occul
ta sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me dñe ysopo et mũda-
bor: lauabis me et super niuẽ dealba
bor. Auditui meo dabis gaudium
et leticiã: ꝛ exultabũt ossa humiliata
Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: ꝛ
oẽs iniquitates meas dele. Cor mũ
dũ crea in me deus: et spm̃ rectũ in-
noua in visceribus meis. Ne proii-
cias me a facie tua: ꝛ spm̃ sanctũ tuũ
ne auferas a me. Redde michi leti-
ciã salutaris tui: et spiritu principali
confirma me. Docebo iniquos vi-
as tuas: et impii ad te cõuertentur.
Libera me de sanguinibus deus de
us salutis mee: et exultabit lingua
mea iusticiã tuã. Dñe labia mea a-
peries: et os meũ annũciabit laudẽ
tuã. Qm̃ si voluisses sacrificium de
dissẽ: vtiq holocaustis nõ delectaberis
Sacrificiũ deo spũs cõtribulatus: cor
cõtritũ ꝛ hũiliatũ deus nõ despicies
Benigne fac dñe in bona volunta-
te tua syon: vt edificẽtur muri hieru
salẽ. Tũc acceptabis sacrificiũ iusti
cie oblatiões ꝛ olocausta: tũc ponẽt
super altare tuũ vitulos. Gloria patri.

Domine exaudi orationẽ me-
am: ꝛ clamor meus ad te veni-
at. Nõ auertas faciẽ tuã a me: i qua
cũq die tribulor inclina ad me aurẽ
tuã. In quacũq die inuocauero te:
velociter exaudi me. Quia defecerũt
sicut fumus dies mei: ꝛ ossa mea sicut
cremiũ aruerũt. Percussus sũ vt fe-
nũ et aruit cor meũ: quia oblitus sũ co-
medere panẽ meũ. A voce gemitus
mei: adhesit os meũ carni mee. Si-
milis factus sũ pellicano solitudinis:
factus sũ sicut nicticorax i domicilio
Vigilaui ꝛ factus sũ sicut passer: soli-
tarius i tecto. Tota die exprobrabãt
michi inimici mei: et q̃ laudabant me
aduersũ me iurabãt. Quia cinerẽ tanq
panẽ manducabã: ꝛ potũ meũ cũ fle
tu miscebã. A facie ire idignatiõis
tue: quia eleuãs allisisti me. Dies mei
sicut vmbra declinauerũt: ꝛ ego sicut
fenũ arui. Tu aũt dñe i eternũ per
manes: ꝛ memoriale tuũ i gñatiõe ꝛ ge
nerationẽ. Tu exurgẽs misereberis
syõ: quia tps miserẽdi eius quia venit tẽpus.
Qm̃ placuerũt seruis tuis lapides
eius: ꝛ terre eius miserebũtur. Et time
bũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: et omẽs re
ges terre gloriã tuã. Quia edificauit
dñs syõ: ꝛ videbitur in glia sua. Re-
spexit i orationẽ hũiliũ: ꝛ nõ spreuit
precẽ eorum. Scribãtur hec in gñatio
ne altera: et populus q̃ creabitur lau
dabit dominũ. Quia prospexit de ex-
celso sancto suo: dñs de celo in terrã
aspexit. Vt audiret gemitus cõpedi-
torum: vt solueret filios interẽptorum.
Vt annũciẽt in syon nomen dñi: et
laudem eius in hierusalem. In con

ueniendo populo s in vnū: et reges
vt seruiāt dn̄o. Respondit ei in via
virtutis sue: paucitatē dierꝝ meorū
nūcia michi. Ne reuoces me in di-
midio dierꝝ meorꝝ: in gn̄atione ⁊ ge-
neratione anni tui. Initio tu dn̄e
terrā fūdasti: et opera manuū tuarū
sunt celi. Ipsi peribūt tu aūt perma
nes: et oēs sicut vestimētum vetera
scent. Et sicut opertoriū mutabis
eos ⁊ mutabūtur: tu autē idē ipse es
et anni tui nō deficiēt. Filij seruorꝝ
tuorꝝ habitabūt: et semē eorꝝ in sclm̄
dirigetur. Gloria patri. Sicut.

De profūdis clamaui ad te do
mine dn̄e exaudi vocē meā.
Fiāt aures tue intendētes: in vocē
depcatiōis mee. Si iniqtates obser
uaueris dn̄e: dn̄e qs sustinebit. Qꝛ
apud te ppiciatio est: et propter legē
tuam sustinui te dn̄e. Sustinuit aīa
mea in verbo eiꝰ: sperauit aīa mea i
dn̄o. A custodia matutina vsqꝫ ad
noctē: speret israel in dn̄o. Qꝛ apud
dn̄m mīa: et copiosa apud eū redem
ptio. Et ipse redimet israel: ex oībꝰ
iniquitatibus eius. Gloria. Sicut.

Domine exaudi orationē me-
am/ auribus percipe obsecra-
tionē meā: i veritate tua exaudi me
in tua iusticia. Et nō intres in iudi-
ciū cū seruo tuo: qꝛ nō iustificabitur
in cōspectu tuo oīs viuēs. Qꝛ perse
cutus est inimicus aīam meā: humi
liauit in terra vitā meā. Collocauit
me in obscuris sicut mortuos seculi:
et anxiatus est super me spūs meꝰ/ i
me turbatū est cor meū. Memor fui
dierꝝ antiquorꝝ meditatꝰ sū in oībus
operibus tuis: in factis manuū tua-
rū meditabar. Expādi manꝰ meas
ad te: aīa mea sicut terra sine aqua ti
bi. Velociter exaudi me dn̄e: defecit
spūs meus. Nō auertas faciē tuā a
me: et similis ero descendētibus i la
cū. Auditā fac michi mane mīam
tuā: qꝛ in te speraui. Notā fac michi
viā in qua ambulē: qꝛ ad te leuaui a-
nimā meā. Eripe me de inimicis me
is dn̄e ad te confugi: doce me facere
volūtatē tuā qꝛ deꝰ meus es tu. Spi
ritus tuꝰ bonus deducet me in terrā
rectā: ppter nomē tuū dn̄e viuifica-
bis me in eqtate tua. Educes de tri
bulatione aīam meā: et i mīa tua dis
perdes oēs inimicos meos. Et pdes
oēs q̄ tribulāt aīam meā: qm̄ ego ser
uus tuus sū. Glia. ā. Ne reminiscaris
dn̄e delicta nostra vel parētū nostrorꝝ neqꝫ
vindictā sumas de peccatis nostris. Kyrie
eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pa
ter noster. Et hec oīa sine nota dicunt
tā a sacerdote q̄ a toto choro puero
interī tenēte vexillū cilicinū ppe si-
nistrū cornu altaris. deīde erigat se
sacerdos cū dyacono ⁊ subdyacono ⁊
solus dicat sup pplm̄ cōuersus ad o-
rientē corā dextro cornu altaris hoc
modo. Et ne nos inducas in tētationem.
Chorꝰ rn̄deat Sed libera. ℣. Saluos
fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus
meꝰ sperātes i te. ℣. Mitte eis dn̄e auxiliū
de sctō. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Cōuer-
tere dn̄e vsqꝫ quo. ℟. Et depcabilis esto su-
per seruos tuos. ℣. Adiuua nos deꝰ saluta
ris noster. ℟. Et propter gloriam nois tui
dn̄e libera nos ⁊ propiciꝰ esto pctis nostris
propter nomē tuū. ℣. Dn̄e exaudi orationē
meā. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dn̄s
vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Orō.

Exaudi dn̄e preces nostras: ⁊ cō
fitētiū tibi parce peccatis: vt
quos conscientie reatus accusat/ indul
gentia tue miserationis absoluat.
Per christū. ℟. Amē. Et oēs oratio
nes dicūtur cū Oremꝰ. et finiāt mo
re lec. Nō dr̄ Dn̄s vo. nisi ad primā o
rationē tantū. Alia orō. cū Oreꝰ. Orō.

Assit q̃s dñe famulis tuis īspiratio grẽ salutaris: q̃ corda eorꝫ fluctuũ vbertate resoluat / sicq; macerãdo cõficiat: vt iracundie tue mot⁹ idonea satisfactione cõpescat. Per christũ dñm no. Oremus. Orõ

Da q̃s dñe deus noster his famulis tuis cõtinuã purgationis sue obseruantiã penitendo gerere: et vt hoc efficaciter īplere valeãt: gratia eos tue visitationis et preueniat ⁊ subsequatur. p xp̃m. Ore⁹. orõ.

Preueniat hos famulos tuos q̃s dñe mia tua: vt omẽs iniquitatẽs eorꝫ celeri indulgẽtia deleãtur. Per christũ. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nr̃is: nec sit ab his famulis tuis clemẽtie tue lõgiqua miseratio sana vulnera eorꝫq; remitte pctã: vt nullis a te iniq̃tatib⁹ separati / tibi dño sẽp valeãt adherere. p xp̃m. Ore⁹. orõ.

Domine deus noster qui offẽsione nostra nõ vinceris sed satisfactione placaris: respice q̃s super famulos tuos q̃ se tibi grauiter peccasse cõfitẽtur / tuũ est eni absolutionẽ criminũ dare / et veniã p̃stare peccãtib⁹: qui dixisti / penitẽtiã te malle pctõꝝ q̃ mortẽ: cõcede ergo dñe his famulis tuis / vt tibi penitẽtie excubias celebrẽt / ⁊ correctis actib⁹ suis: cõferri sibi a te sẽpiterna gaudia gratulẽtur. Per christũ. Oremus. Orõ.

Deus cuius indulgentia omĩs homo indiget: memento famuloꝝ famularũq; tuarꝫ: ⁊ q2 lubrica terrenaq; corporis fragilitate nudati virtute in multis deliq̃rũt. q̃s: vt des veniã cõfitẽtibus / parcas supplicibus / vt qui suis meritis accusãtur: tua miseratione saluẽtur. Per xp̃m. Hic nõ dicitur Dñs vobiscum. neq; Oremus. Sed vertat se sacerdos ad populũ: ⁊ extẽdẽs manũ dicat super eos sine nota sed ĩ audiẽtia hoc mõ.

Absoluimus vos vice bti petri apostolorũ principis: cui collata est a dño potestas ligandi atq; soluendi: et quantũ ad vos pertinet accusatio et ad nos remissio / sit vobis omp̃s deus vita ⁊ salus ⁊ oim pctõꝝ vestrorũ pius indultor. Qui viuit et regnat cũ deo p̃re. Deinde surgant oẽs a prostratione osculantes terrã vel formulas: sacerdote dicẽte Qui viuit. ⁊c. Deĩde fiat benedictio cinerꝫ sine Dñs vobiscum. ⁊ sine Oremus. a sacer. ad orientẽ cõuerso

Omñps sẽpiterne deus q̃ misereris oim ⁊ nichil odisti eorꝫ q̃ fecisti dissimulãs pctã hoim ꝓpter penitentiã. qui etiã subuenis in necessitate laborãtib⁹: bñ ✠ dicere ⁊ scti ✠ ficare hos cineres dignare quos causa hũilitatis ⁊ sctẽ religionis ad emũdãda delicta nostra super capita nostra more niniuitarꝫ ferre ↄstituisti: et da vt oẽs p iuocationẽ scti tui nominis q̃ eos ad dep̃candã miam tuã sup capita sua tulerit: a te mereãtur oim delictoꝝ suoꝝ veniã accipere ⁊ hodie sic eorũ inchoare sctã ieiunia: vt ĩ die resurrectiõis purificatis mẽtibus ad sctm̃ mereãtur accedere pascha: ⁊ in futuro ꝑpetuã accipere gloriã. Per dñm. Hic aspergatur aqua bñdicta super cineres. deĩde dicitur Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus qui non mortem sed penitẽtiam desideras peccatorum: fragilitatẽ cõditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa proferende humilitatis atq; promerende venie capitibus nostris imponi decreuimus: be ✠ nedicere et sanctificare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres

esse nouisti: et ob prauitatis nr̃e meritũ i puluerẽ reuersuros esse cognoscimus: pctõr oim nr̃or veniã et p̃mia penitẽtibus repromissa misericorditer cõseq̃ mereamur. p d. Postea distribuãt cineres sup capita clericor ꝛ laicor a digniorib' personis ligno crucis cinerib' signẽt sic dicẽdo. Memẽto hõ q cinis es ꝛ in cinerẽ reuerteris In noie pr̃is ꝛ filij ꝛ spũscti amẽ. Et iterum cãtẽtur sequẽtes ãe.

Exaudi nos dñe qm̃ benigna est mia tua: scd̃m multitudinẽ miserationũ tuar respice nos dñe. ꝟ. Saluũ me fac de': qm̃ intrauerũt aque vsq ad aiam meã. Nõ dr̃ nisi prim' ꝟ. psalmi: sed stati sequat Glia patri. Deide repetat ã. Exaudi. Alia ã. Iuxta vestibulũ ꝛ altare plorabãt sacerdotes ꝛ leuite ministri dñi dicẽtes. parce dñe parce pplo tuo: et ne dissipes ora clamãtiũ ad te dñe. Alia ã. Immutemur habitu i cinere ꝛ cilicio ieiunem' ꝛ plorem' ante dñm qr multũ misericors est dimittere pctã nostra de' noster. Peracto hoc officio dicat sacerdos ad gradũ chori. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEus q iuste irasceris ꝛ clemẽter ignoscis: afflicti ppli tui lachrymas suscipe: ꝛ irã tue idignationis quã iuste meretur ppiciat' auerte. Per xp̃m do. no. Alia or. Orem'.

COncede nobis q̃s dñe p̃sidia militie xp̃iane sic sctis ichoare ieiuniis: vt cõtra spũales neq̃cias pugnaturi ꝯtinẽtie muniamur auxiliis. p d. Eiectis penitẽtib' vt patet i pcessionalib' icipiat mis. hoc mõ. of.

MIsereris oim dñe ꝛ nichil odisti eor q fecisti: dissimulãs pctã hoim ppter penitẽtiã et parcens illis: qr tu es dñe deus noster. ꝟ. Miserere mei deus miserere mei: qm̃ in te cõfidit anima mea. Non repetatur officiũ sed statim sequatur. Gloria patri Dicto Kyrie. sacerdos dicat Dñs vobiscũ. et Orem'. Et postea dicat dyaconus. Flectam' genua leuate ꝛ tũc omnes genu flectant: deinde dyacono dicente sic Leuate. surgant omẽs osculantes formulas. ¶ Oratio.

PResta quesumus domine fidelibus tuis: vt ieiuniorũ veneranda solennia/ et cõgrua pietate suscipiant: et secura deuotione percurrãt. Per. Ab hac die vsq ad cenã dñi in omnib' missis de ieiunio fiat memoria p penitẽtibus cũ hac oratiõe Exaudi q̃s dñe sup. vt patet in fine libri. Hac die et tribus diebus sequẽtibus quisq dicũtur orationes: sicut in prima dñica aduentus dñi supradictũ est. Lectio iohelis prophete. ii. c.

HEc dicit dñs deus. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu/ et planctu: et scindite corda vestra ꝛ non vestimẽta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrum/ quia benign' ꝛ misericors est: patiens et multũ misericors/ et prestabilis super malicia Quis scit si conuertatur et ignoscat deus/ et relinquat post se benedictionem: Sacrificium ꝛ libamen domino deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiuniũ/ vocate cetũ/ cõgregate populum/ sanctificate ecclesiam. Coadunate senes/ congregate paruulos: et suggentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulũ et altare plorabunt sacerdotes ministri domini ꝛ dicent. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatẽ tuam in opprobrium/ vt non dominẽtur eis nationes. Quare dicũt in populis vbi est de' eor: zelat' est dñs terrã suã: et pepcit populo suo.

Et respōdit dn̄s: et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentū et vinū et oleū: et replebimini in eis / et non dabo vos vltra opprobriū in gētibus. Dicit dn̄s: omnipotēs. Gr. Miserere mei de⁹ miserere mei qm̄ in te cō fidit anima mea ℣. Misit de celo et liberauit me / dedit in opprobriū conculcantes me Chorus alternatim dicat tractum.

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq; secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cū dicitur ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos et ꝓpici⁹ esto peccatis nostris ꝓpter nomē tuū Iste tractus dr̄ omī scd̄a feria et vi. feria ad missam de ieiunio vsq; ad cenam domini. Secundū matheū. vi

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Cū ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Extermināt eni facies suas: vt appareant hoibus ieiunātes. Amē dico vobis: quia receperūt mercedē suam. Tu autē cū ieiunas: vnge caput tuū et faciē tuā laua / ne videaris hominibus ieiunans / sed patri tuo qui est in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscōdito: reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo et tinea demolitur / et vbi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autē vobis thesauros in celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur / et vbi fures non effodiunt nec furātur. Ubi enim est thesaurus tuus: ibi est et cor tuū. Offr. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te et sanasti me. ℣. Dn̄e abstraxisti ab inferis animam meā: saluasti me a descēdētib⁹ i lacū. Sec.

Fac nos dn̄e q̄s his munerib⁹ offerendis cōuenieñter aptari: quibus ipsi⁹ venerabilis sacramēti venturū celebramus exordium. Per do. Alia secreta. Hostias tibi domine. vt in fine libri. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec prefatio dr̄ oī missa de ieiunio vsq; ad cenā dn̄i. et Flectamus genua leuate. et Humiliate capita vestra deo. Cōio. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum suum in tempore suo. Postcōio.

Percepta nobis domine prebeāt sacramenta subsidiū. vt et tibi grata sint nostra ieiunia: et nobis proficiant ad medelā. Per dn̄m. Alia postcō. Presta nobis. vt in fine libri. Finitis postcō. preter illā q̄ dicetur super populū sic Per oīa secula seculorum. ℞. Amē. dicat sacerdos. Oremus. deinde dicat dyaconus cōuersus ad altare. Hūiliate capita vestra deo. Super populum. Oratio.

Inclinantes se dn̄e maiestati tue propiciatus intende: vt q̄ diuino munere sūt refecti / celestib⁹ semper nutriātur auxiliis. Per do. Et sic missa cū Benedicamus dn̄o. finiatur. ¶ Feria quinta. Officium.

Cum clamarem ad dominū exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt michi et humiliauit eos qui est ante secula et manet in eternū. iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipse te enutriet. ps. Exaudi de⁹ orationē meam et ne despexeris deprecationē meā: itē de michi et exaudi me. Or.

Deus qui culpa offēderis penitētia placaris: preces populi tui supplicātis propici⁹ respice: et flagella tue iracūdie que pro pctis nostris meremur / propiciatus auerte. Per. Lectio ysaie ꝓphete. xxxviii.

In diebus illis: Egrotauit ezechias usqz ad mortē: ⁊ introiuit ad eū ysayas filius amos ꝓpheta et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: qz morieris tu ⁊ non uiues. Et cōuertit ezechias faciē suā ad parietē: ⁊ orauit ad dñz ⁊ dixit. Obsecro dñe memēto q̄so quomodo ābulauerim corā te i ueritate ⁊ i corde pfecto ⁊ qđ bonū est in oculis tuis feceri. Et fleuit ezechias fletu magno Et factū est verbū dñi ad ysayā ꝓphetā dicēs. Uade ⁊ dic ezechie. Hec dicit dñs deꝰ dđ p̄ris tui. Audiui orōnē tuā: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciā super dies tuos quīdeci ānos: ⁊ de manu regis assirioꝝ eruā te et ciuitatē istā: n/et protegā eā. Dicit dñs: oīps.

Gradale. Iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquāt michi. Repetatur gradale.

Secundū matheum. viii capitulo.

In illo tēpore: Cū introisset iesus capharnaū: accessit ad eū centurio rogās eum/et dicēs. Dñe/ puer meus iacet i domo paraliticus ⁊ male torquetur Et ait illi iesꝰ. Ego veniam: et curabo eū. Et respondēs centurio: ait. Dñe non sū dignus vt intres sub tectum meum: sed tantū dic verbo/ et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni: ⁊ venit. Et seruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiēs aūt iesus miratus est: ⁊ sequētibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidē in israel. Dico aūt vobis q̄ multi ab oriēte ⁊ occidente veniēt: et recumbent cū abraham ⁊ ysaac et iacob in regno celorū Filii aūt regni: eiiciētur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentiū. Et dixit iesus cēturioni. Uade et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offr. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neqz irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundētur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meꝰ et te sustinui tota die. Secreta.

Offerimꝰ tibi dñe munera que dedisti: vt creationis tue circa mortalitatem nostram testificētur auxilium: et remediū nobis immortalitatis operentur. Per. Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et olocausta super altare tuum dñe. Postcōio.

Concede fidelibus tuis dñe q̄s ⁊ sine cessatiōe capere paschalia sacramēta ⁊ desiderāter expectare vētura: vt in mysteriis quibꝰ renouati sūt pmanētes ad nouā vitā his opibꝰ pducātur. p. Sup populū. orō

Parce dñe parce poplo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominū.

Feria sexta. Offm.

Audiuit dñs et misertus est michi: dñs factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Orō

Inchoata ieiunia q̄s dñe benigno fauore prosequere: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per dominum.

Lectio ysaie prophete. lviii. capitulo

Hec dicit dñs deus: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocē tuā. Et annūcia populo meo scelera eoꝝ: ⁊ domui iacob pctā eorum. Me etenī de die in diē querūt: ⁊ scire vias meas volūt: quasi gēs que iusticiā fecerit/ et q̄ iudiciū dei sui nō derelinq̄-

rit. Rogant me iudicia iusticie: et ap
propinquare deo volūt. Quare ieiu=
nauim⁹ ⁊ nō aspexisti/humiliauim⁹
aīas nostras ⁊ nescisti: Ecce in die ie=
iunij vestri inuenitur voluntas vr̄a:
et oēs debitores vr̄os repetitis. Ec=
ce ad lites et cōtentiones ieiunatis:
⁊ percutitis pugno impie. Nolite ie
iunare sicut vsq₃ ad hanc diem: vt au
diatur in excelso clamor vester. Nū=
quid tale est ieiuniū qd̄ elegi/per diē
affligere hoiem aīam suā: Nūqd cō=
torquere quasi circulū caput suū/et
saccū ⁊ cinerē sternere: Nunqd istud
vocatis ieiuniū/et diē acceptabilem
dn̄o: Nōne hoc est magis ieiuniū qd̄
elegi: Dissolue colligationes ipieta=
tis: solue fasciculos deprimētes. Di=
mitte eos qui cōfracti sūt liberos: et
oē onus disrūpe. Frāge esurienti pa
nē tuū: ⁊ egenos vagosq₃ induc in do=
mū tuā. Cū videris nudū operi eū: ⁊
carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet
quasi mane lumē tuū: et sanitas tua
citius orietur. Et anteibit faciem tu
am iusticia tua: ⁊ glīa dn̄i colliget te.
Tunc inuocabis: et dominus exau=
diet. Clamabis/et dicet ecce assū. qr
misericors sū: dn̄s de⁹ tuus. Gr. Unā
petii a dn̄o hanc requirā: vt inhabitē in do=
mo dn̄i. V. Ut videā volūtatem dn̄i et pro=
tegar a tēplo sancto eius. Tractus. Dn̄e
nō scdm. Scdm matheum. v. capitu.

tū in loco. Discubuerunt ergo viri: numero quasi quinq3 milia. Accepit ergo iesus panes: et cū grās egisset / distribuit discūbētibus. Similiter ⁊ ex piscibus: quātū volebāt. Ut autē impleti sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerūt fragmenta: ne pereāt. Collegerūt ergo: et īpleuerūt duodecim cophinos fragmētoꝝ / ex quinq3 panib9 ordeaceis q̄ superfuerunt his q̄ mādūcauerant. Illi ergo hoīes cū vidissēt qđ fecerat signū: dicebāt. Quia hic est vere propheta: q̄ ventur9 est in mūdū. Offer. Laudate dominū qꝛ benign9 est: psallite noī ei9 qm̄ suauis est: oīa q̄cūq3 voluit fecit i celo ⁊ i terra.

Annue nobis dn̄e q̄s Secre. vt et diuinis sēp solennitatibus occupemur: et mysteriis sacris mēte pariter cōgruamus ⁊ corpore. Per. Pref. quotid. Cō Hierusalē q̄ edificatur vt ciuitas cui9 participatio ei9 i idipsū: illuc eni ascēderūt tribus trib9 dn̄i ad cōfitendū nomini tuo domine. Postcōio

Da nobis q̄s misericors de9: vt sctā tua q̄b9 incessāter explemur / sincerꝫ tractem9 obsequiis: ⁊ fideli sēp mēte sumam9. p. Fe.iii.of.

Deus in noīe tuo saluū me fac ⁊ in virtute tua iudica me / de9 exaudi orationem meā. ps. Quoniam alieni insurrexerūt aduersū me: et fortes quesierūt aīam meā. Orō

Presta q̄s oēs de9: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: ⁊ corpore tibi placeamus et mēte. p. Lectō libri regū. iii. iii

In diebus illis: Venerūt due mulieres meretrices ad regē salomonē: steterūtq3 corā eo. Quaꝝ vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego et mulier hec habitabamus i domo vna / ⁊ peperi apud eā in cubiculo. Tercia vero die postq̄ ego peperi: pepit et hec Et eramus simul: nullusq3 ali9 nobiscū in domo / exceptis nobis duab9 Mortuus est aūt filius mulieris huius: nocte q̄ppe dormiens oppressit eū. Et cōsurgēs intēpeste noctis silētio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis et collocauit in sinu suo. Suū autē filiū qui erat mortuus: posuit in sinu meo. Cūq3 surrexissē mane vt darē lac filio meo: apparuit mortu9. Quē diligēti9 ituēs clara luce: deprehēdi nō esse meū quē genuerā. Rn̄ditq3 altera mulier. Nō est ita vt dicis: sed filius tu9 mortu9 est / meus autē viuit. Ecōtrario illa dicebat. Mētiris. Fili9 quippe meus viuit: et filius tuus mortu9 est. Atq3 in hūc modū cōtēdebant corā rege. Tūc rex ait. Hec dicit fili9 me9 viuit / et filius tu9 mortu9 est. et ista rn̄dit nō: sed filius tuus mortuus est / me9 aūt viuit. Dixit autē rex. Afferte michi gladiū. Cūq3 attulissēt gladiū corā rege: diuidite inq̄t infantē viuū i duas partes / et date dimidiā partē vni / ⁊ dimidiā partē alteri. Dixit autē mulier cuius fili9 erat viuus ad regē: [cōmota sūt q̄ppe viscera eius super filio suo] Obsecro dn̄e: date illi īfantē viuū / ⁊ nolite interficere eum Econtrario: illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidatur. Rn̄dit rex: et ait. Date huic infātē viuū: et non occidatur. Hec est eni mater ei9. Audiuit itaq3 oīs israel iudiciū qđ iudicasset rex / et timuerūt regē: vidētes sapientiā dei esse in eo: ad faciēdū iudiciū. Gr. Esto michi in deū protectorē ⁊ in locū refugii vt saluū me facias. V. De9 in te speraui dn̄e nō cōfundar in eternum. Tr. Dn̄e non scdm. Scdm iohānē. ii.

In illo tpe: Prope erat pascha iudeoꝝ: et ascēdit iesus hierosolimā. Et inuenit in tēplo vēdētes

boues et oues et colūbas: et nūmularios sedētes Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis: oēs eiecit de tēplo Oues quoqꝫ et boues/et nūmulariorū effudit es: et mēsas subuertit. Et his q̄ colūbas vēdebāt: dixit. Auferte ista hic: et nolite facere domū patris mei domū negociatiōis. Recordati vero sūt discipuli ei⁹/qr scriptū est: zelus dom⁹ tue comedit me. Rñderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Qđ signum ostēdis nobis qr hec facis? Rñdit iesus: et dixit eis. Soluite tēplū hoc: et in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadragita et sex annis edificatū est tēplū hoc/et tu i tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat: de tēplo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis: recordati sūt discipuli ei⁹ qr hec dicebat/et crediderūt scripture et sermoni quē dixit iesus. Cū autē esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderūt in noīe ei⁹ videntes signa q̄ faciebat. Ipse autē iesus non credebat semetipsū eis: eo qꝫ ipse nosset oēs/et qr opus ei nō erat vt q̄s testimoniū phiberet de hoīe. Ipse eni sciebat: qđ esset in hoīe. Offr. Jubilate deo omis terra/iubilate deo oīs terra: seruite dño i leticia: itrate i cōspectu ei⁹ i exultatiōe qr dñs ipse est de⁹. ℣. Ipse fecit nos et nō ipsi nos/nos autē ppl's ei⁹ et oues pascue ei⁹. Sec.

Huis dñe q̄s operare mysteriis vt hec tibi mūera dignis mentibus offeramus. Per do. Cōio Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce seruo tuo. Postcōmunio.

Quos diuinis dñe reficis sacramētis/tuis q̄s sustēta p̄sidiis et quos bñficiis tpalibus refoues: pace ppetuis. Per d. Sup pplm̄. Or.

Depcationē nostrā q̄s dñe benignus exaudi: et quibus supplicādi p̄stas affectū: tribue defēsionis auxiliū. Per. Fer. iiii. Officiū.

Exaudi de⁹ orationē meā/et ne despexeris depcationē meā itēde in me et exaudi me. ℣. Cōtristat⁹ sū i exercitatiōe mea: et cōturbat⁹ sū a voce inimici. nō dicat vlti⁹.

Sacre nobis q̄s dñe obseruationis ieiunia/et pie conuersationis augmentū: et tue propiciationis continuū p̄stēt auxiliū. Per dñm. Lectio libri exodi. xxxii. c.

In diebus illis: Locut⁹ est dñs ad moysē: dicēs Descēde de mōte: qr peccauit ppl's tu⁹ quē eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via: quā ostēdisti eis. Feceruntqꝫ sibi vitulū cōflatilē/et adorauerūt: atqꝫ imolātes ei hostias dixerūt. Isti sūt dij tui israel: q̄ te eduxerūt de terra egypti. Rursūqꝫ ait dñs: ad moysē. Cerno qꝫ popul⁹ iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascatur furor me⁹ cōtra eos et deleā eos/faciāqꝫ te in gētē magnā. Moyses aūt orabat dñm deū suū: dicens. Cur dñe irascitur furor tu⁹ contra pplm̄ tuū quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna et i manu robusta. Ne q̄so dicāt egyptij: callide eduxit eos vt iterficeret in montibus et deleret de terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis sup neq̄cia ppli tui. Recordare abrahā ysaac et israel seruorꝫ tuorꝫ: q̄bus iurasti per temet ipsum dicēs. Multiplicabo semē vestrū sicut stellas celi: et vniuersam terrā hāc de qua locut⁹ sū dabo semini vrō/et possidebitis eā sēper. Placat⁹ qꝫ est dñs ne faceret malū: qđ locut⁹ fuerat aduersus pplm̄ suū. Et misertus est pplo suo: domin⁹ deus noster Gr. Exurge dñe fer opem nobis et libera nos ppter nomē tuū. ℣. Deus aurib⁹ nr̄is audiuim⁹: patres nr̄i annūciauerūt nobis.

opus qd operatus es in dieb⁹ eo⁊ ⁊ in diebus antiquis. Scdm iohannem.viii.

In illo tpe: Jam die festo mediāte: ascēdit iesus in tēplū et docebat. Et mirabātur iudei: dicētes. Quomodo hic litteras scit cū nō didicerit? Rūdit eis iesus: ⁊ dixit. Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatē ei⁹ facere: cognoscet de doctrina mea vtrum ex deo sit/ an ego a meipso loquo⁊. Qui a semetipso loquitur: gloriā propriā querit. Qui aūt q̄rit gloriā ei⁹ qui misit illū: hic verax est/ ⁊ iniusticia i illo nō est. Nōne moyses dedit vobis legē/ ⁊ nemo ex vobis facit legē? Quid me q̄ritis interficere? Respondit ei turba: et dixit. Demoniū habes. Quis te q̄rit interficere? Rūdit iesus: et dixit eis. Unū opus feci: et oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionē/ non q2 ex moyse est: sed ex patribus. Et i sabbato circūciditis hoiem. Si circuncisionē accipit hō in sabbato vt non soluatur lex moysi: michi idignamini/ q2 totū hominē sanū feci i sabbato. Nolite iudicare scdm faciē: sed iustum iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidā ex hierosolimis. Nōne hic est quē querūt interficere? Ecce palā loquitur: et nichil ei dicūt. Nūq̄d vere cognouerūt principes q2 hic est christus? Sed hūc scim⁹ vnde sit. Christus autē cū venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docēs in tēplo iesus: ⁊ dicēs. Et me scitis: ⁊ vnde sim scitis. Et a meipso nō veni: sed est verus qui misit me quē vos nescitis. Ego autē scio eū. Et si dixero q2 nescio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eum: q2 ab ipso sum/ ⁊ ipse me misit. Querebāt ergo eū apprehēdere: et nemo misit in illum manus/ q2 nōdū venerat hora eius. De turba autē: multi crediderūt in eum. Offr. Expectans expectaui dominum et respexit me et exaudiuit deprecationē meā et immisit in os meum canticū nouū: hymnum deo nostro. V. Statuit supra petram pedes meos et direxit gressus meos. Sec.

Fideliū tuo⁊ q̄s dn̄e hostias ppici⁹ intuere/ vt qd oblatū est p obsequiū ⁊ deuoto⁊ vota famulo⁊ū: tua poti⁹ propiciatiōe firmet. P d. Cō. Letabimur i salutari tuo et i noie dn̄i dei nostri magnificabimur. Postcō.

Prosit nobis q̄s dn̄e sacer cib⁹ potusq3 salutaris: qui ⁊ tēporalē vitam muniat: ⁊ prestet eternā. Per dominū. Sup populum. Orō.

Miserere q̄s dn̄e populo tuo ⁊ cōtinuis tribulationib⁹ laborantē propici⁹ respirare cōcede. Per dn̄m. Feria quarta. Officium.

Cum sanctificatus fuero i vobis congregabo vos de vniuersis terris: et effūdā super vos aquā mūdā ⁊ mūdabimini ab oībus inquinamētis vestris: ⁊ dabo vobis spm̄ nouū. P. Bñdicā dn̄m in omni tēpore: sēper laus eius in ore meo. Sequitur or. sine Dn̄s vobiscū. sed tm̄ cū Oremi⁹. Flectamus ge. Orō.

Deus qui et iustis premia meritorum ⁊ pctōribus per ieiuniū veniā prebes: miserere supplicibus tuis/ vt reatus nostri cōfessio indulgētiā valeat oīm pcipere delictorū. P. Lectio ezechielis pphete. xxxvi

Hec dicit dn̄s deus: Sāctificabo nomē meū magnū: vt sciant gētes q2 ego dn̄s cum sanctificatus fuero in vobis corā eis. Tollam quippe vos de gētibus: ⁊ cōgregabo vos de vniuersis terris/ ⁊ adducam vos i terrā vestrā. Et effūdā sup vos aquā mūdā: et mūdabimini ab oib⁹

inquinamētis vestris / ꝛ ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis coꝛ nouū: ꝛ spm̄ nouum ponā in medio vr̄i. Et auferā coꝛ lapideū de carne vr̄a: ꝛ dabo vobis coꝛ carneū / ꝛ spm̄ meū ponā i medio vestri. Et faciā vt in pceptis meis ābuletis: ꝛ iudicia mea custodiatis ꝛ operemini. Et habitabitis i terra quā dedit pr̄ibus vestris: ꝛ eritis michi i populū / ꝛ ego ero vobis i deū. Dicit dominus: op̄s. Gr̄. Uenite filii audite me timoꝛē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū ꝛ illuminamini: et facies vestre nō cōfundētur. Non repetatur gr̄. sed sequatur Dn̄s vobiscū. et Flectamus ge. Oꝛ.

Presta q̄s om̄ps de⁹ / vt quos ieiunia votiua castigāt: ipsa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis / facili⁹ celestia capiamus. Per. Hic dicunt memorie cōsuete. Lctō ysaie pphete. i.

Hec dicit dn̄s deus: Lauamini mūdi estote: auferte malū cogitationū vestraꝝ ab oculis meis. Quiescite agere puerse: dicite bn̄facere. Querite iudiciū / subuenite oppresso / iudicate pupillo: defendite viduā: ꝛ venite ꝛ arguite me dicit dn̄s. Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū: quasi nix dealbabūtur. Et si fuerit rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis ꝛ audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dn̄s: op̄s Gr̄. Beata gens cuius est dn̄s deus eoꝛū populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Uerbo dn̄i celi firmati sūt ꝛ spiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum. Tr̄. De necessitatibus. Secundū iohannem ix. ca.

In illo tp̄e: Preteriēs iesus vidit hoīem cecū: a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipuli eius Rabbi: q̄s peccauit hic aut parentes ei⁹ vt cecus nasceretur? R̄ndit iesus. Neq; hic peccauit neq; parētes eius: sed vt manifestētur opera dei in illo Me opoꝛtet operari opera ei⁹ q̄ misit me: donec dies est. Ueniet nox: q̄n nemo potest operari. Quādiu i mūdo sū: lux sū mūdi. Hec cū dixisset: expuit in terrā / ꝛ fecit lutū ex sputo ꝛ liniuit lutū super oculos ei⁹ / et dixit ei Uade ꝛ laua in natatoꝛia syloe: qd̄ interp̄tatur missus. Abiit ergo ꝛ lauit: et venit vidēs. Itaq; vicini ꝛ q̄ videbāt eū prius q2 mēdic⁹ erat: dicebāt. Nōne hic est q̄ sedebat ꝛ mēdicabat? Alii dicebāt q2 hic est: alii autē nequaq̄ / sed similis est eius. Ille vero dicebat: q2 ego sū. Dicebāt ergo ei Quomodo aperti sūt oculi tui? R̄ndit. Ille hō q̄ dicitur iesus lutū fecit: et vnxit oculos meos ꝛ dixit michi. Uade ad natatoꝛiā syloe: et laua. Et abii / ꝛ laui ꝛ vidi. Dixerunt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducūt eū ad phariseos: q̄ cecus fuerat. Erat autē sabbatū q̄n lutū fecit iesus: et aperuit oculos eius. Iteꝝ autē iterrogauerūt eū pharisei: quomodo vidisset. Ille autē dixit eis. Lutū posuit michi super oculos: ꝛ laui et video. Dicebāt ergo ex phariseis q̄dā. Nō est hic hō a deo: q̄ sabbatū nō custodit. Alii autē dicebāt. Quomodo potest hō pctōꝛ hec signa facere? Et scisma erat iter eos. Dicūt ergo ceco iteꝝ. Tu q̄d dicis de eo q̄ aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit: q2 ppheta est. Nō crediderūt ergo iudei de illo q2 cecus fuisset et vidisset: donec vocauerūt parētes ei⁹ q̄ viderat / ꝛ interrogauerūt eos dicētes. Hic est filius vester quē vos dicitis / q2 cec⁹ nat⁹ est? Quomodo ergo nūc videt? R̄nderūt ei parētes eius: et dixerūt. Scimus q2 hic est fili⁹ noster: et q2 cecus natus est. Quomodo autē nūc videat nescimus: aut quis

aperuit oculos nos nescimus. Ipsũ
interrogate/ etatẽ habet: ipse de se lo
quatur. Hec dixerũt parẽtes eiꝰ: qꝛ ti
mebãt iudeos. Iã eni cõspirauerãt
iudei vt si q̃s eũ cõfiteret christũ: ex=
tra synagogã fieret. Propterea pa=
rẽtes eius dixerũt/ qꝛ etatẽ habet: ip
sũ interrogate. Uocauerũt ergo rur
sũ hoiem q̃ cecus fuerat: ⁊ dixerũt ei.
Da gloriam deo. Nos scimus qꝛ hic
hõ pctõr est. Dixit ergo ille. Si pctõr
est nescio: vnũ scio qꝛ cecꝰ cũ essẽ/ mo
do video. Dixerũt ergo illi. Quid fe
cit tibi aut quomodo aperuit tibi o=
culos? Rñdit eis. Dixi vobis iã: et au
distis. Quid iterũ vultis audire? Nũ=
quid ⁊ vos vultis discipuli eiꝰ fieri?
Maledixerũt ergo ei: et dixerũt. Tu
discipulus illius sis: nos autẽ moysi
discipuli sumus. Nos scimꝰ qꝛ moy=
si locutus est deꝰ: hũc autẽ nescimus
vnde sit. Rñdit ille hõ: ⁊ dixit eis. In
hoc enim mirabile est: qꝛ vos nescitis
vnde sit et apuit oculos meos. Sci=
mus aũt: qꝛ pctõres deus nõ audit.
Sed si q̃s dei cultor est/ ⁊ volũtatem
eiꝰ facit: hũc exaudit. A seculo nõ est
auditũ: qꝛ aperuit q̃s oculos ceci na=
ti. Nisi esset hic a deo: nõ poterat fa=
cere q̃cq̃. Rñderũt et dixerũt ei. In
pctis natꝰ es totꝰ: ⁊ tu doces nos? Et
eiecerũt eũ foras. Audiuit iesus qꝛ eie
cerũt eũ foras: ⁊ cũ inuenisset eũ dixit
ei. Tu credis in filiũ dei? Rñdit ille: ⁊
dixit. Quis est dñe: vt credã i eũ? Et
dixit ei iesus. Et vidisti eũ: ⁊ qui loq̃t
tecũ ipse est. At ille ait. Credo dñe.
Et procidẽs: adorauit eũ. Offer. Bñ=
dicite gẽtes dñm deũ nostrũ ⁊ obaudite vo
cẽ laudis eius qui posuit aiam meã ad vitã
⁊ nõ dedit cõmoueri pedes meos bñdictus
dñs qui non amouit deprecationẽ meam ⁊
misericordiam suam a me. V. Jubilate deo
omnis terra psalmum dicite nomini eiꝰ da
te gloriam laudi eius. Secreta.

Supplices te rogamus ops de=
us: vt his sacrificiis pctã no=
stra mundentur: et qꝛ tu verã nobis
tribuis et mentis et corporis sanita
tem. Per. Cõio. Lutũ fecit ex sputo do=
minus et liniuit oculos meos et abii et la=
ui et vidi et credidi deo. Post cõmunio.

Sacramenta q̃ sũpsimꝰ dñe de
us noster/ ⁊ spiritalibꝰ nos in=
struant alimẽtis: et corporalibꝰ tueã
tur auxiliis. P. Super pplm. Oro.

Pateant aures mie tue dñe p̃=
cibus supplicãtiũ: ⁊ vt petẽti
bus desiderata cõcedas: fac eos q̃ tibi
placita sũt postulare. Per dominũ.

Feria quinta. Ad missã. Officiũ.

Letetur cor querẽtiũ dñm
q̃rite dñm ⁊ confirmami=
ni/ querite faciẽ eiꝰ sẽper.
Ps. Cõfitemini dño ⁊ inuocate nomẽ eiꝰ: an=
nũciate inter gẽtes opera eius. Oratio.

Presta q̃s ops deꝰ: vt quos ie=
iunia votiua castigant: ipsa
quoq̃ deuotio scta letificet/ vt terre=
nis affectibꝰ mitigat̃: facilꝰ celestia
capiamꝰ. P. Lectio libri regũ. iiii. iiii.

In diebus illis: Uenit mulier
sunamitis ad helyseũ prophe
tã in mõtẽ carmeli. Cũq̃ vidisset eã
vir dei de cõtra: ait ad giezi puerũ suũ
Ecce sunamitis illa. Uade ergo i oc
cursũ eiꝰ: et dic ei. Recte ne agitur cir
ca te ⁊ circa virũ tuũ ⁊ circa filiũ tuũ?
Que dixit ei Recte. Cũq̃ venisset ad
virũ dei i mõtẽ: apphẽdit pedes eiꝰ.
Et accessit giezi: vt amoueret eã. Et
ait hõ dei. Dimitte eã: aia eni eiꝰ i a=
maritudine est ⁊ dñs celauit a me/
et nõ indicauit michi. Que dixit illi.
Nũqd petiui filium a dño meo? Nũ
quid nõ dixi tibi ne illudas me? Et il
le ait ad giezi. Accinge lũbos tuos: ⁊
tolle baculum in manu tua et vade.

Si occurrerit tibi hō: nō salutes eū. Et si salutauerit te quispiā: nō respō deas illi / et pone baculū meū sup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dn̄s et viuit aīa tua: non dimittā te. Surrexit ergo: et secutus est eū. Giezi autē pcesserat ante eos / et posuerat baculū sup faciē pueri: et non erat vox neq̄ sensus. Reuersusq̄ est giezi in occursū eius: ꝛ nūciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domū: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq̄ clausit hostiū sup se et sup puerū: ꝛ orauit ad dn̄m. Et ascēdit ꝛ icubuit sup puerꝫ: posuitq̄ os suū super os ei⁹ / et oculos suos sup oculos ei⁹ / ꝛ man⁹ suas super man⁹ ei⁹ / ꝛ incuruauit se sup eū / et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deābulauit in domo semel: huc et illuc. Et ascendit et icubuit super puerꝫ: ꝛ oscitauit puer septies / aperuitq̄ oculos suos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Uoca sunamitē hāc. Que vocata: ingressa est ad eū. Qui ait Tolle filiū tuū. Uenit illa ꝛ corruit ad pedes eius: ꝛ adorauit super terrā. Tulitq̄ filiū suū et egressa est: heliseus vero reuersus est in galgala. Gr. Respice dn̄e in testamētū tuum et animas pauperꝫ tuorꝫ ne obliuiscaris in finē. V. Exurge dn̄e ꝛ iudica causam meā: memor esto opprobrii seruorum tuorum. Secundum iohannem. v.

In illo tp̄e: Dixit iesus turbis iudeorꝫ. Pater meus vsq̄ modo opatur: ꝛ ego operor. Propterea ergo magis querebant eū iudei itersicere: q2 non solū soluebat sabbatū / sed et patrē suū dicebat deū / equalē se faciens deo. Respondit itaq̄ iesus: et dixit eis. Amen amen dico vobis: non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrē facientē. Quecūq̄ enim ille fecerit: hec et fili⁹ similiter facit. Pater enim diligit filiū: ꝛ omnia demonstrat ei q̄ et ipse facit. Et maiora his demōstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut eni pater suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq̄ eni pater iudicat queq̄. sed oē iudiciū dedit filio / vt oēs honorificēt filiū sicut honorificant patrē. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrē qui misit illū. Amen amē dico vobis: q2 qui verbū meū audit et credit ei qui misit me / habet vitā eternā. Et i iudiciū nō venit: sed transiet a morte in vitā. Amen amen dico vobis: q2 venit hora ꝛ nūc est quando mortui audiēt vocē filii dei / et qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit ꝛ filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q2 fili⁹ hoīs est. Nolite mirari hoc: q2 venit hora in qua oēs q̄ i monumētis sūt audiēt vocē filij dei. Et pcedēt q̄ bona fecerūt: in resurrectionē vite. Qui vero mala egerūt: i resurrectionē iudicij. Offr. Dn̄e ad adiuuandum me festina confūdātur oēs qui cogitant michi mala. V. Expectans expectaui dn̄m: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Secreta.

Purifica nos misericors deus vt ecclesie tue pces q̄ tibi grate sūt pia munera deferētes: fiāt expiatis mētib⁹ gratiores. Per. Cōio. Dn̄e memorabor iusticie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsq̄ in senectā ꝛ seniū de⁹ ne derelinquas me. Postcō.

Celestia dona capiētib⁹ q̄s domine vt nō ad iudiciū prouenire patiaris: qd̄ fidelib⁹ tuis remediū prouidisti. Per. Sup ppl'm. Or.

Populi tui deus istitutor ꝛ rector / pctā q̄bus ipugnatur ex

pelle: vt sẽp tibi placitus ꝛ tuo munimine sit securus. P. Fer. vi. Offm

Meditatio cordis mei in cõspectu tuo sẽper dñe adiutor me⁹ et redẽptor me⁹. Ps. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuum eius annunciat firmamentũ. Oro

Deus q̃ ieffabilibus mũdũ renouas sacramẽtis: pſta q̃s. vt ecclia tua eternis pficiat ĩstitutis/ ꝛ tẽporalibus nõ destituatur auxiliis. Per dñm. Lectio libri regũ. iii. xvii.

In diebus illis: Egrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias: ꝛ erat lãguor fortissimus/ ita vt nõ remaneret ĩ eo alit⁹. Dixit ergo ad helyã. Quid michi ꝛ tibi vir dei: Ingressus es ad me: vt remẽorarẽtur iiq̃tates mee/ ꝛ interficeres filiũ meum: Et ait ad eã helyas. Da michi filiũ tuũ. Tulitq; eũ de sinu illius: et portauit eũ in cenaculũ vbi ipse manebat/ et posuit eũ super lectũ suũ/ ꝛ clamauit ad dñm ꝛ dixit. Dñe deus meus etiã ne viduã apud quã ego vtcũq; sustẽtor afflixisti vt interficeres filiũ ei⁹. Et expãdit se atq; mensus est super puer ꝛ tribus vicibus: clamauit q; ad dñm ꝛ ait. Dñe deus me⁹ reuertatur oro aĩa pueri hui⁹ ĩ viscera ei⁹. Exaudiuit autẽ dñs vocẽ helye: ꝛ reuersa est aĩa pueri ĩtra eum ꝛ reuixit. Tulitq; helyas puerũ: ꝛ deposuit eũ de cenaculo in inferiorẽ domũ/ ꝛ tradidit illũ matri sue/ ꝛ ait illi En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyã. Nũc ĩ isto cognoui q̃m vir dei es tu: et verbũ dñi in ore tuo verũ est. Gr. Bonum est confidere in dño q̃ cõfidere in homine. V. Bonum est sperare in domino q̃ sperare in principibus. Tractus. Domine non scdm. Secundũ iohannẽ. xi.

In illo tpe: Erat quidam lãguẽs lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororꝫ eius. Maria autẽ erat que vnxit dñm vnguento: et extersit pedes eius capillis suis/ cuius frater lazarus ĩfirmabatur. Miserũt ergo sorores eius ad eũ: dicentes. Dñe: ecce quẽ amas infirmatur. Audiens autẽ iesus: dixit eis. Infirmitas hec nõ est ad mortẽ sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eã. Diligebat autẽ iesus marthã: et sororẽ eius mariã et lazarũ. Ut ergo audiuit q2 ĩfirmabatur: tunc quidẽ mãsit ĩ eodẽ loco duob⁹ diebus. Deide post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeã iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi/ nũc q̃rebant te iudei lapidare: ꝛ iterũ vadis illuc: Rñdit iesus. Nõne duodeci sũt hore diei: Si quis ambulauerit in die nõ offendit: q2 lucẽ huius mundi videt Si autẽ ambulauerit in nocte offẽdit: q2 lux nõ est in eo. Hec ait: ꝛ post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitẽ eũ. Dixerũt ergo: discipuli eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixerat autẽ iesus: de morte ei⁹. Illi autẽ putauerũt: quia de dormitione somni diceret. Tũc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: ꝛ gaudeo pꝑter vos/ vt credatis q̃m non erã ibi/ sed eam⁹ ad eum. Dixit ergo thomas q̃ dicitur didim⁹: ad cõdiscipulos. Eam⁹ ꝛ nos: ꝛ moriamur cũ eo. Uenit itaq; iesus: ꝛ iuenit eũ quattuor dies iã ĩ monumẽto habentẽ. Erat autẽ bethania iuxta hierosolimã: quasi stadiis quĩdeci. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã ꝛ mariã: vt ꝯsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q2 iesus venit: occurrit illi. Maria autẽ: domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus non

fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunque poposceris a deo/dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti. Et cum hoc dixisset: abijt et vocauit mariam sororem suam silentio dicens Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit/surrexit cito: et venit ad eum. Nondum enim venerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo qui erant cum ea in domo et consolabantur eam: cum vidissent mariam quia cito surrexit et exiit/ secuti sunt eam dicentes quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat iesus: videns eum cecidit ad pedes eius/ et dixit ei. Domine si fuisses hic: non esset mortuus frater meus. Jesus ergo vt vidit eam plorantem/et iudeos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu et turbauit semetipsum et dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Domine veni et vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt et hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semetipso: venit ad monumentum. Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus enim est. Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi/ quoniam si credideris videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem eleuatis sursum oculis in celum: dixit. Pater gratias ago tibi/ quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi/ vt credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus: ligatus pedes et manus institis/ et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eum: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et martham: et viderant que fecit: crediderunt in eum. Offer. Populum humilem saluum facies domine et oculos superborum humiliabis quoniam quis deus preter te domine. V. Clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Secreta.

Munera nos quesumus domine oblata purificent: et te nobis iugiter faciant esse placatum. Per. Co. Uidens dominus flentes sorores lazari ad monumentum lachrymatus est coram iudeis et clamabat lazare veni foras, et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. P.c.

Hec nos quesumus domine participatio sacramenti: et a proprijs reatibus indesinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. Sup po. oro.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis nostre conscii de tua pietate confidimus: sub tua semper protectione gaudeamus. Per. Sabbo. Officium.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus: et qui non habetis precium venite et bibite cum leticia. Psalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Fiat quesumus domine per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. Per d. Lectio ysaie prophete. xlix.

Hec dicit dominus deus. In tempore placito exaudiui te: et in die sa

lutis auxiliatus sū tui. Et seruaui te/ et dedi te in fedus populi: vt suscitares terrā/ et possideres hereditates dissipatas. Ut diceres eis qui vincti sūt/ exite: ⁊ his q̄ i tenebris reuelamini. Super vias pascētur: et in oībus planis pascua eorum. Nō esuriēt neq; sitient/ et nō percutiet eos estus ⁊ sol: q2 miserator eorum reget eos/ et ad fōtes aquarum potabit eos. Et ponā oēs montes meos in viā: et semite mee exaltabuntur. Ecce isti delonge venient: et ecce illi ab aquilone et mari/ et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra: iubilate mōtes laudē q2 ꝯsolatus est dn̄s populū suū/ et pauperū suorum miserebitur. Et dicit syon. Dereliquit me dn̄s: ⁊ dn̄s oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suū/ vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Dicit dn̄s: oīps. Gr. Tibi dn̄e derelict⁹ est pauper: pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid dn̄e recessisti lōge despicis i opportunitatibus in tribulatione. dum superbit impius incēditur pauper. Secundū iohānē. viii.

In illo tp̄e: Dicebat iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mūdi. Qui sequitur me: nō ambulat in tenebris/ sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū perhibes: testimoniū tuū non est verū. Respondit iesus: ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso: verū est testimoniū meū/ q2 scio vnde veni et quo vado. Uos autē nescitis vnde venio: aut quo vado. Uos secundū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Et si iudico ego: iudiciū meū verū est/ q2 solus non sum/ sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptū est: quia duorum hominū testimoniū verū est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso: ⁊ testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo iudei. Ubi est pater tuus? Respōdit iesus. Neq; me scitis: neq; patrē meū. Si me sciretis: forsitan ⁊ patrē meū sciretis. Hec verba locut⁹ est iesus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehēdit eū: q2 nōdū venerat hora eius. Offꝫ. Factus est dn̄s firmamentum meū et refugiū meū et liberator meus sperabo in eū. V. Persequar inimicos meos et cōprehendā illos ⁊ non conuertar donec deficiant. Secreta.

Oblationib⁹ nr̄is q̄s dn̄e placare susceptis: ⁊ a te nostras etiā rebelles cōpelle propici⁹ volūtates. Per. Cōio. Dn̄s regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit: sup aquam refectionis educauit me. Postcō.

Uia nos q̄s dn̄e que sumpsimus sācta purificēt: ⁊ operationis sue remedio te nobis faciant esse placatū. Per. Sup pplm̄. oratio

Deus q̄ sperātib⁹ i te misereri poti⁹ eligis q̄ irasci: da nobis digne flere mala q̄ fecim⁹: vt tue ꝯsolationis gratiā inuenire valeamus. Per d. Dn̄ica in passione. Officiū

Iudica me de⁹ et discerne causam meā de gēte non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me: q2 tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuā: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctū tuū et in tabernacula tua. Ab hac die vsq; ad pascha non dr̄ Glia patri. post officiū ad missā de tēporali nisi tm̄ in die cene qn̄ ep̄s celebrat. Oro.

Quesum⁹ oīps de⁹ familiā tuā ppici⁹ respice/ vt te largiēte regatur i corpore: ⁊ te seruāte custodiatur i mēte. Per d. Ad hebreos. ix.

Fratres: Christ⁹ assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ peramplius et perfectius tabernaculū non manufactū/ id est nō huius creationis neqꝫ per sanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ: sed per propriū sanguinē introiuit semel i sctā eterna redēptione inuēta. Si enim sanguis hircoꝝ aut tauroꝝ et cinis vitule aspersus inquinatos sctificat ad emundationē carnis: quāto magis sāguis christi qui per spm̄ sctm̄ semetipsū obtulit imaculatū deo emūdauit cōsciētiā nostrā ab operib⁹ mortuis ad seruiēdū deo viuēti. Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionē eaꝝ preuaricationum que erāt sub priori testamēto/ remissionē accipiāt qui vocati sūt eterne hereditatis. In christo iesu: dño nr̄o. Gr. Eripe me dn̄e de inimicis meis: doce me facere voluntatē tuā. ℣. Liberator meus domine de gētibus iracūdis ab insurgentibus in me exaltabis me/ a viro iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. ℣. Dicat nūc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt michi supra dorsū meum fabricauerūt pctōres. ℣. Prolongauerunt iniqtatē sibi: dn̄s iustus cōcidet ceruices pctōꝝ. Secundū iohannem. viii.

In illo tp̄e: Dicebat iesus turbis iudeoꝝ: et principib⁹ sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de pctō. Si veritatem dico: quare vos non creditis michi. Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: qꝛ ex deo non estis. Rn̄derūt igitur iudei: et dixerunt ei. Nōne bene dicimus nos quia samaritan⁹ es tu/ et demoniū habes. Respondit iesus. Ego demoniū nō habeo: sed honorifico patrē meū/ et vos inhonorastis me. Ego autē non quero gloriam meam: est qui querat ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit/ mortē nō videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus: quia demonium habes. Abraham mortuus est et prophete: et tu dicis/ si quis sermonem meū seruauerit/ mortem non gustabit i eternū. Nūquid tu maior es patre nostro abrahā qui mortu⁹ est. Et prophete mortui sūt. Quem teipsū facis. Rn̄dit iesus. Si ego glorifico meipsum: glīa mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quē vos dicitis qꝛ de⁹ vester est/ et nō cognouistis eū. Ego autē noui eū. Et si dixero qꝛ non scio eū: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: ⁊ sermonem ei⁹ seruo. Abrahā pater vester exultauit vt videret diē meū: ⁊ vidit ⁊ gauisus est. Dixerūt ergo iudei: ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes: ⁊ abrahā vidisti. Dixit eis iesus. Amē amē dico vobis: anteqꝫ abrahā fieret ego sū. Tulerūt ergo lapides: vt iacerēt in eū. Jesus autē abscōdit se: ⁊ exiuit de tēplo. Offr. Cōfitebor tibi domine i toto corde meo retribue seruo tuo ⁊ viuam et custodiam sermones tuos viuifica me secundum verbum tuū domine. Secreta.

Hostias fideliū tuoꝝ oṗs deus propicius intuere: et concede ne cathena hui⁹ seculi captiuos teneat quos passiōe filij tui i oib⁹ liberos esse voluisti. Qui te. Pref. quoti. Hac die dū sacerdos se cōicat cātet hec cō munio. Hoc corpus quod pro vobis tradetur hic calix noui testamēti est in meo sanguine dicit dominus hoc facite quotienscūqꝫ sumitis in meā cōmemoratione. Postc.

Adesto nobis q̄s dn̄e de⁹ noster: ⁊ quos tuis mysterijs recreasti: perpetuis defende presidijs.

Per dominū. Feria.ii. Officiū

Miserere michi dn̄e qm̄ cōculcauit me hō: tota die bellans tribulauit me. ps Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduersum me. Oratio

Sanctifica q̄s dn̄e nostra ieiunia: et cunctarū nobis propicius indulgentiam largire culparū. Per. Lectio ione prophete iii. cap.

In diebus illis: Factū est vbū dn̄i ad ionā pphetā scd̄o dicēs Surge et vade in niniuē ciuitatē magnā: et predica in ea predicationem quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas et abijt in niniuē: iuxta verbū dn̄i Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierum triū. Et cepit ionas itroire i ciuitatē itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadragita dies: et niniue subuertetur. Et crediderūt viri niniuite in dn̄o: et predicauerunt ieiuniū/ et vestiti sūt saccis a maiore vsq ad minorē. Et puenit vbū ad regē niniue: et surrexit de solio suo/ et adiecit vestimentū suū a se/ et indut⁹ est sacco/ et sedit i cinere/ et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis et principū ei⁹: dicēs. Hoīes et iumēta et boues et pecora nō gustēt quicq̄ nec pascātur: et aquā nō bibāt/ et operiātur saccis hoīes/ et iumēta clamēt ad dn̄ū in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala: et ab iniq̄tate q̄ est i manibus eorum. Quis scit si 2uertatur et ignoscat deus/ et reuertatur a furore ire sue et nō peribim⁹. Et vidit de⁹ opera eorum: qr cōuersi sunt de via sua mala. Et misert⁹ est deus sup malitiam quā locutus fuerat/ vt faceret eis: et nō fecit. Et misertus est populo suo: dn̄s deus noster. Grad. De⁹ exaudi orationē meā auribus pcipe verba oris mei. V. Deus in nomine tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me. Tract. Domine nō secundū. Secundū iohannem. vii

In illo tp̄e: Miserūt pricipes et pharisei ministros: vt apprehenderēt iesū. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū tp̄s vobiscū sum: et vado ad eū qui misit me. Queretis me et nō inuenietis: et vbi sū ego/ vos nō potestis venire. Dixerūt ergo iudei: ad semetipsos. Quo hic iturus est/ qr nō inueniemus eū. Nūquid in dispersionē gentiū iturus est/ et doctur⁹ gētes. Quis est hic sermo quē dicit/ queretis me et nō inuenietis/ et vbi sum ego vos non potestis venire. In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat iesus: et clamabat dicens. Si quis sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit i me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluēt aque viue. Hoc autē dixit de spū quē accepturi erant: credentes in eum. Offer. Dn̄e conuertere et eripe animā meam saluū me fac ppter misericordiam tuā V. Domine ne in ira tua arguas me: neq in furore tuo corripias me. Secreta.

Sacrificiū laudis de perceptione tuorum dn̄e deferim⁹ p̄sidiorū: q̄s. vt percipiēda securi⁹ veriusq sumamus. Per do. Cōio. Dn̄s virtutum ipse est rex glorie. Postcōmunio.

Sacramēti tui domine quesumus participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat et medelā. Per dn̄m. Super populū. or.

Da q̄s dn̄e populo tuo spm̄ veritatis et pacis. vt te tota mēte cognoscat/ et que tibi placita sūt: pia deuotione exerceat. Per. in vnitate eiusdem. Feria. iii. Officium

Expecta dn̄m viriliter age: et cōfortetur cor tuū et sustine dn̄m. ps Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Or.

Nostra tibi qs dñe sint accepta ieiunia: q nos expiãdo gratia tua dignos efficiant: et ad remedia perducant eterna. Per dominum.

Lectio danielis prophete.xiiii.cap.

In dieb9 illis: Cõgregati sunt babilenij ad regẽ: et dixerũt ei Trade nobis danielẽ qui bel destruxit: et drachonẽ iterfecit. Alioquin iterficiemus te: et domũ tuã. Uidit ergo rex q irruerẽt in eũ vehemẽter: et necessitate cõpulsus tradidit eis daniele. Qui miserũt eũ i lacũ leonũ: et erat ibi sex dieb9. Porro i lacu erant leones septẽ: et dabãtur eis quotidie duo corpora et due oues. Et tũc non data sũt eis: vt deuorarẽt danielem. Erat autẽ abacuch propheta i iudea: et ipse coxerat pulmẽtũ et intriuerat panes i alueolo / et ibat in cãpũ vt ferret messorib9. Dixitq; ãgelus dñi ad abacuch. Fer prãdiũ qd habes in babilonẽ danieli: q est i lacu leonũ. Et dixit abacuch. Dñe babilonẽ non vidi: et lacũ nescio. Et apphẽdit eũ ãgelus dñi i vertice ei9: et portauit eũ capillo capitis sui / posuitq; eũ i babilonẽ super lacũ i ipetu spũs sui. Et clamauit abacuch dicens. Daniel serue dei: tolle prandiũ quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus eni es mei dñe deus meus: et non dereliqsti diligentes te. Surgensq; daniel: comedit. Porro angelus domini: restituit abacuch confestim i loco suo. Uenit ergo rex die septimo: vt lugeret danielem. Et venit ad lacum et introspexit: et ecce daniel sedens in medio leonũ. Et exclamauit rex voce magna: dicens. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eũ: de lacu. Illos autẽ qui perditionis eius causa fuerant: intromisit in lacũ / et deuorati sunt in momento corã eo. Tũc rex ait. Paueãt oĩs habitãtes in vniuersa terra deũ danielis: quia ipse est liberator et saluator faciens signa et mirabilia in celo et in terra. Qui liberauit danielem: de lacu leonum. Grad. Discerne causam meam domine / ab homine iniquo et doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam et veritatem tuã ipsa me deduxerunt et adduxerũt in montem sanctũ tuũ. Secundum iohãnem.vii

In illo tpe: Ambulabat iesus i galileã. Nõ eni volebat in iudeã ãbulare: qr q̃rebãt eũ iudei iterficere. Erat autẽ i proximo dies fest9 iudeor: senophegia. Dixerũt ergo ad eũ fratres ei9. Trãsi hinc / et vade i iudeã: vt et discipuli tui videãt opera tua q facis. Nemo qppe i occulto aliquid facit: et q̃rit ipse in palã esse. Si hec facis: manifesta teipsũ mundo. Neq; eni fratres ei9: credebãt in eũ. Dixit ergo eis iesus. Tẽp9 meũ nõdũ aduenit: tẽpus autẽ vestrũ sẽp est paratum. Nõ potest mũdus odisse vos / me autem odit: qr ego testimonium perhibeo de illo / qr opera eius mala sunt. Uos ascẽdite ad diem festum hũc: ego autẽ nõ ascẽdã ad diẽ festũ istũ / qr tẽpus meũ nõdũ impletũ est. Hec cũ dixisset: ipse mansit in galilea. Ut autẽ ascẽderũt fratres ei9: tunc et ipse ascẽdit ad diem festũ nõ manifeste / sed quasi in occulto. Iudei autẽ q̃rebãt eũ in die festo: et dicebãt. Ubi est ille? Et murmur mult9 erat: de eo in turba. Quidã enim dicebant qr bonus est: alij autẽ dicebãt nõ / sed seducit turbas. Nemo tamẽ palã loquebatur de illo: propter metũ iudeor. Offer. Sperẽt in te oẽs q nouerũt nomẽ tuũ dñe: qm non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in syon / quoniam non est oblitus orationem pauperum. ℣. Sedes super thronum

qui iudicas equitatē increpasti gētes et perijt impius iudicare populum cū iusticia & factus es refugiū pauperum. Secreta.

Hostias tibi dñe deferimus īmolādas: q̄ tēporalē ↄsolationē ipēdāt / vt promissa certi⁹ nō desperemus eterna. p. Cō. Redime me deus israel ex oib⁹ angustiis meis. Postcō.

Da q̄s omps deus: vt que diuina sūt iugiter exequētes: donis mereamur celestibus propiquare. Per dñm. Super populū. Orō.

Da nobis dñe q̄s pseuerātē in tua volūtate famulatū: vt in dieb⁹ nrīs & numero & merito ppl's tibi seruiēs augeat. p d. ¶ Fer. iiii. Of.

Liberator meus de gētibus iracūdis ab isurgētib⁹ i me exaltabis me / a viro iiquo eripies me dñe. ℣. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meū et refugiū meum. Non dicitur vlterius. Oratio

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliū miserator illustra: et q̄bus deuotiōis p̄stas affectū / p̄be supplicātibus piū benign⁹ auditū. Per. Lectio libri leuitici. xix.

In diebus illis: Locut⁹ est dñs ad moysē: dicēs. Loq̄re ad vniuersū cetū filiorum israel: & dices ad eos Ego dñs de⁹ vester. Nō facietis furtū / nō mētiemini: nec decipiet vnusq̄sq̄ proximū suū. Nō periurabis in noie meo nec pollues nomē dei tui / ego dñs. Non facies calūniā primo tuo: nec vi opprimes eū. Non morabitur op⁹ mercēnarij tui apud te: vsq̄ mane. Nō maledices surdo / nec corā ceco pones offēdiculum: sed timebis dñm deū tuū / q2 ego sū dñs. Nō facies q̄d iniquū est: nec iiuste iudicabis. Nō cōsideres personā pauperis: nec honores vultū potētis. Juste iudica primo tuo. Nō eris crimiator: nec susurro i ppl'is. Nō stabis ↄtra sāguinē primi tui: ego dñs. Nō oderis fratrē tuū i corde tuo: sed publice argue eū / vt nō habeas sup illo pctm̄. Nō q̄res vltionē iimicorum: nec mēmor eris iiurie ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū: sicut teipsū. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego sū dñs: de⁹ vr̄.

Gr. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me: nec delectasti iimicos meos sup me. ℣. Dñe deus me⁹ clamaui ad te et sanasti me dñe abstraxisti ab inferis animā meā saluasti me a descēdētibus in lacū. Tractus. De necessitatibus. Secundum iohānem. x.

In illo tpe: Facta sūt encenia i hierosolimis: et hyems erat. Et abulabat iesus i tēplo: in porticu salomonis. Circūdedert ergo eū iudei: & dicebant ei. Quousq̄ aīam nostrā tollis? Si tu es xp̄s: dic nobis palā. Rn̄dit eis iesus. Loquor vobis: et nō creditis Opera q̄ ego facio i noie p̄ris mei: hec testimoniū phibent de me. Sed vos nō creditis: q2 nō estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocē meā audiūt: & ego cognosco eas / & sequūtur me. Et ego vitā eternā do eis: et nō peribūt i eternū / et nō rapiet eas q̄sq̄ de manu mea. Pr̄ meus q̄d dedit michi maius oibus est: et nemo potest rapere de manu p̄ris mei. Ego & pr̄: vnū sumus. Sustulerūt lapides iudei: vt lapidarēt eū. Rn̄dit eis ies⁹. Multa bona opera ostendi vobis ex p̄re meo: ppter q̄d eorum op⁹ me lapidatis? Rn̄dert ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et q2 tu hō cū sis: facis teipsū deū. Rn̄dit eis iesus. Nonne scriptū est in lege: q2 ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est / et nō potest solui scriptura: quē pr̄ sctificauit & misit i mūdum / vos dicitis q2 blasphemas q2 dixi fi-

lius dei sū. Si nō facio opa prīs mei: nolite credere michi. Si autē facio/ et si michi nō vultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis ꝛ credatis/ q2 prē in me est: ꝛ ego i prē. Offꝫ. Eripe me de iimicis meis deꝰ meꝰ: ꝛ ab isurgētibꝰ i me libera me dñe. ℣ Q2 ecce ceperūt aiam meā: ꝛ irruerūt i me fortes. Sec.

Annue nobis q̄s misericors deus: vt hostias placationis et laudis sincero tibi deferamus obsequio. Per. Cōio Lauabo inter inocētes manus meas et circuibo altare tuū domine vt audiam vocem laudis tue et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcōio.

Celestis doni bñdictione pcepta supplices te deꝰ oṗs dēpcamur: vt hoc idē nobꝭ ꝛ sacramēti causa sit ꝛ salutis. p. Super ppliṁ. Orō.

Adueniat q̄s dñe mia sperata supplicibꝰ: ꝛ eis celesti munificentia tribuatur/ quatenus et recte petēda postulent: et postulata pcipiant. Per. Feria quinta. Offim

Omnia q̄ fecisti nobis dñe i vero iudicio fecisti q2 peccauimus tibi/ ꝛ mandatis tuis nō obediuimꝰ: sed da gloriā noī tuo ꝛ fac nobiscū scd̄m multitudinē mie tue. ℣ Magnꝰ dñs et laudabilis nimis: i ciuitate dei nostri i mōte sctō eiꝰ. Or

Presta q̄s oṗs deus: vt dignitas ꝯditiōis humane per immoderātiam sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per

Lectio danielis prophete iii. cap.

In diebus illis: Orauit daniel dicēs. Dñe deus ne despicias ppliṁ tuū/ neq3 auferas miam tuā a nobis: propter abrahā dilectū tuū/ ꝛ ysaac seruū tuū/ et israel sctm tuū q̄bus locutus es pollicēs/ q multiplicares semē eoꝝ sicut stellas celi/ et sicut arenā q̄ est in littore maris. Q2 dñe iminuti sumus plusq̄ oēs gentes: sumusq3 humiles i vniuersa terra hodie ppter pctā nr̄a. Et nō est in tp̄e hoc pnceps ꝛ ppheta ꝛ dux: neq3 olocaustū/ neq3 sacrificiū/ neq3 oblatio/ neq3 incēsū/ neq3 locꝰ pmitiarū corā te/ vt possimꝰ inuenire miam/ sed in aīo cōtrito ꝛ spū hūilitatis suscipiamur. Sicut i olocaustū arietū ꝛ tauroꝝ/ ꝛ sicut in milibꝰ agnoꝝ pinguiū: sic fiat sacrificiū nostrū in ꝯspectu tuo hodie vt placeat tibi q2 nō est cōfusio cōfidētibus in te. Et nūc dñe seq̄mur in toto corde ꝛ timemus te: ꝛ q̄rimus faciē tuā. Ne cōfūdas nos sed fac nobiscū iuxta cōsuetudinem tuā/ ꝛ scd̄m multitudinē mie tue/ et erue nos in mirabilibus tuis/ et da gloriā noī tuo dñe. Et cōfundantur oēs: q̄ ostēdūt seruis tuis mala. Confundātur in oīpotētia: ꝛ robur eoꝝ cōteratur. Et sciāt q2 tu es dñs deus solus: ꝛ gliosus sup oēm terrā: dñe deus nr̄. Gr. Tollite hostias et itroite i atria eius: adorate dñm in aula sctā eius. ℣ Reuelauit dñs condensa et in templo eius oēs dicēt gloriā. Secundū iohānē vii

In illo tp̄e: Cū audissēt q̄dā de turba sermones iesu: dicebāt. Hic est vere ppheta. Alii dicebāt: hic est christꝰ. Quidā autē dicebāt. Nūq̄d a galilea xp̄s venit? Nōne scriptura dicit: q2 ex semine dauid ꝛ de bethleē castello vbi erat dauid vēturꝰ est xp̄s? Dissētio itaq3 fctā est in turba ppter eū. Quidā autē ex ipsis volebāt apphēdere eū: sed nemo misit sup illū manus. Uenerūt ergo ministri ad pōtifices ꝛ phariseos: ꝛ dixerūt eis illi. Quare nō adduxistis eū? Rñderūt ministri. Nūq̄ sic locutꝰ est hō: sicut hic hō loq̄tur. Rñderūt ergo eis pharisei. Nūq̄d ꝛ vos seducti estis? Nūq̄d aliq̄s ex pncipibus credit i eū/ aut ex

pharifeis? Sed turba hec q̄ nō nouit
legē: maledicti sunt. Dicit nichode-
mus ad eos / ille qui venerat ad iesū
nocte: q̄ vn⁹ erat ex ipsis. Nūqd lex
nostra iudicat hoiem / nisi audierit
ab ipso prius / cognouerit qd faciat?
Rñderūt et dixerūt ei. Nūquid et tu
galileus es? Scrutare scripturas: et
vide q2 propheta a galilea non sur-
git. Et reuersi sunt: vnusquisq3 in do
mum suam. Offz. Super flumina ba
bilonis illic sedimus et fleuimus dum re-
cordaremur tui syon. V. Memēto domine
filioz edon in diē hierusalem. Secreta.

Domine deus noster qui i his
potius creaturis quas ad fra-
gilitatis nostre subsidiū condidisti:
tuo quoq3 nomini munera iussisti di
cāda cōstitui. tribue q̄s: vt et vite no
bis p̄setis auxiliū: et eternitatis effici
ant sacramētū. p. Cō. Memēto vbi tui
seruo tuo dñe i quo michi spē dedisti hec me
consolata est in humilitate mea. Post cō.

Quod ore sumpsim⁹ dñe pura
mēte capiamus: et de mune-
re tpali fiat nobis remediū sēpiter-
nuin. Per. Super populum. Orō.

Isto q̄s dñe plebi tue propici⁹
vt q̄ tibi nō placent respuēs:
tuoz potius repleatur delectationi
bus mādatoz. p. Fer. vi. Officiū.

Miserere michi dñe qm̄ tri
bulor libera me et eripe
me de manibus inimico-
rū meoz et a persequētibus me dñe
non cōfundar qm̄ inuocaui te. Ps. In
te domine speraui non confundar in eternū:
in iusticia tua libera me. Oratio.

Cordibus nr̄is q̄s dñe auxiliū
gratie tue benign⁹ infūde: vt
pctā nostra castigatiōe voluntaria co
hibētes / tēporaliter potius macere-
mur q̄ supplicijs deputemur eter-
nis. p. Lectio hieremie pphete. xvii.

In diebus illis: Dixit hieremi
as. Dñe: oēs qui te dereliquūt
confundētur. Recedentes a te in ter
ra scribētur: qm̄ dereliquerūt venā
aquaz viuentiū dñi. Sana me do
mine et sanabor / saluū me fac et sal-
uus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ip-
si dicunt ad me. Ubi est verbū dñi?
Ueniat. Et ego nō sū turbat⁹ te pa-
store sequens: et diē hois nō desidera
ui tu scis. Quod egressū est de labijs
meis: rectum in conspectu tuo fuit.
Nō sis michi tu formidini: spes mea
tu in die afflictionis. Confundātur
qui me persequuntur: et nō confun
dar ego. Paueāt illi: et nō paueā ego.
Induc super eos diē afflictiōis / et du
plici cōtritiōe cōtere eos: dñe de⁹ nr̄.
Gz. Pacifice loqbātur michi inimici mei
et in ira molesti erāt michi. V. Uidisti dñe
deus meus ne sileas ne discedas a me. Tc.
Dñe nō scdm. Secūdum iohānem. xi

In illo tp̄e: Collegerūt ponti-
fices et pharisei concilium ad-
uersus iesum: et dicebāt. Quid faci-
mus: q2 hic homo multa signa facit
Si dimittim⁹ eū sic: oēs credēt i eū.
Et veniēt romani: et tollent nostrū
locū et gentē. Unus autem ex ipsis
cayphas noie cū esset pontifex anni
illius: dixit eis. Uos nescitis quicq̄
nec cogitatis: q2 expedit vobis vt v-
nus moriatur hō pro populo / et nō
tota gens pereat. Hoc autē a semet-
ipso nō dixit: sed cū esset pōtifex āni
illius prophetauit / q2 iesus moritu-
rus erat pro gēte. Et nō tantū p gē-
te: sed vt filios dei q̄ erāt dispersi / cō-
gregaret i vnū. Ab illo ergo die cogi
tauerūt: vt iterficerēt eū. Jesus ergo
iā nō in palā ābulabat apud iudeos:
sed abijt in regionē iuxta desertū in
ciuitatē q̄ dicitur effren. Et ibi mora
bat: cū discipulis suis. Offz. Bñdict⁹ es

dñe doce me iustificationes tuas ꝛ nō tradas calūniātibꝰ me superbis. ꝛ respōdebo exprobrātibus michi verbū. ℣. Vidi nō servātes pactū et tabescebā dñe qꝛ eloquia tua nō custodierūt. Multi qui persequūtur me ꝛ tribulant me: a testimoniis tuis nō declinaui. Quāto facies de persequētibus me iudicium. ¶ Secreta.

Presta nobis q̄s misericors deus: vt digne tuis seruire sēp altaribus mereamur: et eorū perpetua participatione saluari. Per. Cō.

Ne tradideris me dñe in aias persequētiū me: qꝛ insurrexerūt in me testes iniqui ꝛ mētita est iniquitas sibi. ¶ Postcōmunio.

Sumpti sacrificii dñe perpetua nos tuitio nō derelinquat: et noxia semper a nobis cūcta repellat. Per do. Super ppl'm. Oratio.

Concede nobis q̄s dñe veniā pctōꝝ/et religionis augmentū: atq; vt in nobis tua dona multiplices: tuis fac mādatis prōptiores. Per. ¶ Sabbato. officiū. Miserere. vt supra in vi. feria preced. Oratio.

Proficiat q̄s dñe plebs tibi dicata pie deuotiōis affectu: vt sacris orationibus erudita/ quanto maiestati tue fit gratior: tāto donis potioribus augeatur. Per dominū.

Lectio hieremie prophete. xviii. ca.

re in hierusalem: et reuertebatur se=
dens super currū suū/ legensq; esayā
prophetā. Dixit autē sp̄s philippo.
Accede: et adiunge te ad currū istum
Accurrens autē philippus: audiuit
eū legentē esayā prophetā/ et dixit.
Putasne intelligis q̄ dicis? Qui ait.
Et quomodo possū nisi aliquis ostē
derit michi? Rogauitq; philippū: vt
ascenderet & sederet secū. Locus au=
tem scripture hic erat: quē legebat.
Tāq̄ ouis ad occisionem ductus est:
et quasi agnus coram tondente se si=
ne voce sic non aperuit os suum. In
humilitate iudiciū eius sublatū est:
generationem eius quis enarrabit?
Qm̄ tolletur de terra vita eius. Re=
spondēs autē eunuchus philippo di
xit. Obsecro te: de quo propheta di=
xit hoc/ de se an de alio aliquo? Ape=
riēs autē philippus os suum: et inci=
piens a scriptura ista euangelizauit
illi iesum. Et dum irēt per viam: ve=
nerunt ad quādā aquā. Et ait eunu=
chus. Ecce aqua. Quis prohibet me
baptizari? Dixit autē philippus. Si
credis ex toto corde: licet. Et respon
dens ait. Credo dei filium: esse iesum
christum. Et iussit stare currum. Et
descenderunt vterq; in aquā: philip
pus et eunuchus et baptizauit eum.
Cū autē ascendissent de aqua philip=
pus et eunuch⁹: sp̄s dn̄i rapuit phi=
lippū/ et ampli⁹ eunuchus nō vidit
eū. Ibat autē per viā suā gaudens:
philippus autē inuētus est in azoto.

Et pertrāsiēs euāgelizabat ciuitati=
bus cūctis: donec veniret cesaream/
nomen dñi nr̄i iesu xp̄i. Gr. Hec dies
quā fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. ℣
Lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic
factus est in caput anguli / a dño factū est
istud et est mirabile in oculis nostris. Nō
repetat gr. hac die post suū v̄sū in se
quēti die Allā. ℣ In die resurrectōis mee
dixit dñs precedā vos i galileā. Seq̄ntia

Hic nobis q̄bus e terris noua
Cūcto mūdo nūciās gaudia
Nostrā rursū visitas patriā: Rūdēs
placido vultu clara voce dixit allā.
Angelus michi de xp̄o indicauit pia
miracula. Resurrexisse dñm syderū
cecinit voce laudāda. Mox ergo pē=
nas volucris vacuas dirigens leta p
auras. Rediit famulis ⁊ dixit vacua=
tā legē veterē ⁊ nouā regnare gratiā
Itaq; plaudite famuli voce clara xp̄s
hodie redemit nos a morte dira. Pa
ter filiū tradidit seruis vt iterimerēt
p salute nr̄a. Spōte subit filius mor
tē vt nos redimat morte ab eterna.
Nūc requiē capere licet oībus et vi=
ta frui ppetua. Nūc colite pariter me
cū famuli celebrari laude sctm̄ pascha
xp̄s est pax nr̄a. Scd̄m iohannē. xx.

In illo tp̄e: Maria stabat ad mo
numētū foris: plorās. Dū er=
go fleret: inclinauit se ⁊ prospexit in
monumētū. Et vidit duos angelos
in albis sedētes vnū ad caput: et vnū
ad pedes/ vbi positū fuerat corpus ie
su. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras?
Dicit eis. Qr tulerūt dñm meū: ⁊ ne
scio vbi posuerīt eū. Hec cum dixisset:
cōuersa est retrorsū/ et vidit iesū stā=
tem ⁊ nō sciebat/ qr iesus est. Et dicit
ei iesus. Mulier q̄d ploras? Quē que
ris? Illa existimās qr ortolan⁹ esset:
dixit ei. Dñe/ si tu sustulisti eū: dicito
michi vbi posuisti eū/ ⁊ ego eū tollā.
Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa:
dixit ei. Raboni: qđ dicitur magister
Dicit ei iesus. Noli me tāgere: nōdū
eni ascēdi ad patrē meū. Vade autē
ad fratres meos: ⁊ dic eis. Ascēdo ad
patrē ⁊ patrē vestrū: deū meū ⁊ deū
vestrū. Venit ergo maria magdale=
ne/ annunciās discipulis: qr vidi do=
minum: et hec dixit michi. Credo.
Offr. In die solēnitatis vestre dicit dñs
inducā vos in terrā fluentē lac ⁊ mel allā.

Suscipe q̄s dñe munera Sec.
populorꝫ tuorꝫ ppici⁹/ vt cō=
fessione tui nois ⁊ baptismate reno=
uati: sēpiternā btitudinē ꝯsequātur.
Per d. Cō. Popul⁹ acq̄sitiōis annūciate
virtutes eius allā q̄ vos de tenebris voca=
uit in admirabile lumen suū allā. Postc.

Exaudi dñe p̄ces nr̄as: vt redē=
ptiōis nr̄e sacrosctā ꝯmercia
et vite nobis ꝯferāt p̄sētis auxiliū: ⁊
gaudia sēpitna ꝯciliēt. p. Fer. vi. of

Eduxit eos dñs in spe al
leluya ⁊ inimicos eorꝫ o=
peruit mare allā allā al.
p̄. Attēdite ppl̄e me⁹ legem
meā: iclinate aurē vestrā i v̄ba oris mei. Or.

Omp̄s sēpiterne de⁹ q̄ paschale
sacramētū i recōsiliatiōis hu=
mane federe ꝯtulisti: da mētibus no
stris. vt qđ pfessione celebram⁹: imi
temur effectu. Per dominū. Lectio
epystole beati petri apostoli. i. iii.

Charissimi: Christ⁹ semel p pec
catis nr̄is mortu⁹ est/ iust⁹ p i=
iustis: vt nos offerret deo/ mortifica
tos q̄dē carne/ viuificatos autē spū.
In quo ⁊ his q̄ i carne erāt spūaliter
veniēs p̄dicauit: q̄ icreduli fuerāt ali
quādo qn̄ expectabāt dei patiētiam.
In dieb⁹ noe cū fabricaretur archa:
i qua pauci id est octo aīe salue facte
sūt p aquā. Qđ ⁊ vos nūc similis for=
me saluos facit baptisma nō carnis

depositio sordiũ: sed cõsciẽtie bone i terrogatio i deũ. Per resurrectionẽ iesu christi: q̃ est in dextera dei. Gr. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Bñdictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Non repetat̃ gr. Allã. ℣. Dicite i gẽtib⁹ quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Victime paschali laudes imolẽt christiani. Agn⁹ redemit oues xp̃s innocẽs p̃ri recõsiliauit peccatores. Mors et vita duello cõflixere mirãdo dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via: Sepulchrũ xp̃i viuẽtis et gloriã vidi resurgẽtis. Angelicos testes sudariũ et vestes. Surrexit xp̃s spes nostra p̃cedet vos in galileã. Credẽdũ est magis soli marie veraci q̃ iudeorũ turbe fallaci Scim⁹ xp̃m surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Secũdũ matheũ. xxviii. c.

In illo tp̃e: Undeci discipuli abierũt in galileã: i mõtẽ vbi cõstituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerũt: quidã autẽ dubitauerũt. Et accedẽs iesus: locut⁹ est eis dicẽs. Data est michi oĩs potestas: i celo et in terra. Euntes ergo: docete oẽs gentes baptizãtes eos in noĩe p̃ris et filii et sp̃ussc̃ti / docẽtes eos seruare oĩa q̃cũq̃ mandaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sũ oĩbus diebus: vsq̃ ad cõsummationẽ seculi. Credo. Offr. Erit vobis hic dies mẽorialis allã et diẽ festũ celebrabitis solẽnẽ dño in p̃genies vr̃as legitimũ sẽpiternũ diẽ allã allã allã. Secre.

Hostias q̃s dñe placatus assume: quas et pro renatorũ expiatione pc̃ti deferimus: et pro acceleratione celestis auxilii. Per d. Cõ Data est michi oĩs potestas i celo et in terra allã eũtes docete oẽs gẽtes baptizantes eos in noĩe p̃ris et filii et sp̃ussc̃ti allã al. Postcõ.

Deus q̃ adoptionis tue sobolẽ i pc̃torũ remissionẽ genuisti: da vt cũcti fideles tui veraciter apprehendãt: q̃ p̃sẽtibus susceperũt sacramẽtis. Per d. Sabbato. Officiũ.

Eduxit dñs p̃plm̃ suũ i exultatiõe allã et electos suos in leticia allã allã. Ps. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ ei⁹: ãnũciate iter gẽtes op̃a ei⁹.

Concede q̃s oĩps de⁹: vt q̃ festa paschalia venerãdo egimus: per hec cõtingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominũ. Or. Lectio epystole b̃ti petri apostoli. ii. c.

Charissimi: Deponẽtes igitur oẽm maliciã et oẽm dolũ et simulationes et inuidias et oẽs detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles / sine dolo lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ si tñ gustatis q̃m dulcis est dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoĩbus q̃dẽ reprobatũ: a deo autẽ electũ et honorificatũ / et ipsi tã q̃ lapides viui superedificamini domos sp̃uales i sc̃tm̃ sacerdotiũ offerẽtes sp̃uales hostias acceptabiles deo per iesũ xp̃m. Propter q̃d cõtinet scriptura. Ecce ponã i syõ lapidẽ sũmũ angularẽ p̃batũ electũ p̃ciosũ: et oĩs q̃ crediderit in eũ nõ cõfundetur. Uobis igitur honor credẽtibus: nõ credentibus autẽ lapis quẽ reprobauerũt edificãtes hic factus est in caput anguli / et lapis offẽsiõis et petra scãdali his q̃ offẽdũt v̄bo / nec credũt i quo et positi sũt. Uos autẽ gen⁹ electũ / regale sacerdotiũ / gẽs sãcta / populus acq̃sitiõis: vt virtutes ãnũcietis ei⁹ q̃ de tenebris vos vocauit i admirabile lumẽ suũ. Qui aliq̃n nõ populus dei: nũc autẽ pp̃ls dei. Et q̃ nõ cõsecuti miam: nunc autẽ miam cõsecuti. Duo pueri in suppellicus i

pulpito dicat Allã. ℣. Hec dies quã fecit dñs exultemus ꝫ letemur in ea. Nõ repetat Allã. nũq̃ eni repetat primũ Allã post suũ ꝟsũ qñ duo Allã. hñtur: sed secundũ Allã. sẽp repetat post suũ ꝟsũ. Similiter fiet qñ vnũ solum Allã. habetur. Deĩde alij duo pueri ad gradũ chori in supplelicijs cãtẽt hoc Allã. ℣ Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. et finiatur a choro. Stati sequat aliꝰ ꝟsus ab eisdẽ pueris. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ ex hoc nũc ꝫ vsqꝫ in sclm. Similiter finiatur a choro. Deinde repetatur Allelupa. sine neumia. Sequentia

Mane prima sabbati surgens dei filius nostra spes et glia. Victo rege sceleris redijt ab inferis cũ sũma victoria. Cuius resurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaqꝫ maria magdalene facta est preñũcia. Ferẽs christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibꝰ regem seculi morte iã deposita prima est intuita. Hec est illa femina cuius cũcta crimina ad christi vestigia eius lauit gratia. Que dum plorat ꝫ mẽs orat facto clamat qđ cor amat iesum super omnia. Nõ ignorat quẽ adorat quid precetur sed deletur qđ mens timet cõscia. O maria mater pia stella maris appellaris operum per merita. Matri christi coequata dum fuisti sic vocata: sed honore subdita. Jlla mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Jlla enim fuit porta per quam fuit lux exorta hec resurgẽtis prenuncia mundum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena aprd christum chorum istum clementer consilia. Ut fõs sũme pietatis q̃ te lauit a peccatis seruos suos atqꝫ tuos mundet data venia. Amẽ dicãt oĩa. Scđm iohã. xx.

In illo tẽpore: Una sabbati maria magdalene venit mane / cũ adhuc tenebre essẽt ad monumẽtum: et vidit lapidẽ sublatũ a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonem petrũ: ꝫ ad aliũ discipulum quẽ amabat iesus / et dixit eis. Tulerunt dñm de monumento: et nescio vbi posuerũt eũ. Exijt ergo petrus ꝫ et ille alius discipulus: et venerũt ad monumẽtũ. Currebant autẽ duo simul: ꝫ ille alius discipulus precucurrit citius petro / ꝫ venit prior ad monumentũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheamina posita / nõ tamẽ introiuit. Uenit ergo symõ petrꝰ sequens eũ: et introiuit in monumẽtũ. Et vidit lintheamina posita: et sudarium quod fuerat sup caput eiꝰ / non cũ lintheaminibus positũ / sed separatiꝫ inuolutũ in vnũ locũ. Tũc ergo itroiuit ꝫ ille discipulus q̃ venerat primꝰ ad monumẽtum: ꝫ vidit ꝫ credidit. Nõdũ eni sciebãt scripturas: qꝛ oporteret eũ a mortuis resurgere. Credo. Offr. Bñdictꝰ q̃ venit i noĩe dñi: bñdiximus vos de domo dñi deus dominus et illuxit nobis alleluya alleluya. Secreta.

Concede q̃s dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt cõtinua nostre reparationis operatio: ꝑpetue nobis fiat causa leticie. Per. Cõ. Oẽs q̃ in christo baptizati estis christum induistis alleluya. Postc.

Redẽptiõis nr̃e munere vegetati q̃s dñe vt hoc ꝑpetue salutis auxilio / fides sẽp vera ꝓficiat. p d.

¶ Dñica i octa. pasche. Ad missã oĩa fiat sicut in die pasche: ꝑter grad. ꝫ in loco eiꝰ dicetur Allã. ℣. Pascha nostrũ. Scđm Allã. erit Angelus dñi. Require in missa Quasi modo geniti infãtes. cũ vno ꝟsu tñ. cũ hac sequentia

Laudes saluatori voce modu lemur supplici. Et deuotis melodijs celesti dño iubilem⁹ messie Qui seipsum exinaniuit vt nos pdi- tos liberaret hoies. Carne gloriam deitatis occulēs. Pānis tegitur in p̄ sepe miserās p̄cepti trāsgressorē pul sum patria paradisi nudulū. Joseph marie symeoni subdit. Circūciditur ꝛ legali hostia mūdat vt pctōꝛ: nr̄a q̄ solet relaxare crimina. Serui subijt man⁹ baptizādus/ pfert fraudes ten tatoris fugit psequētiū lapides. Fa- mē patitur/ dormit ꝛ tristatur ac la- uat discipulis pedes de⁹ hō sum⁹ hu- milis. Sed tñ iter hec abiecta corpo- ris ei⁹ deitas/ nequaꝗ̄ quit latere si- gnis varijs ꝛ doctrinis pdita. Aquā nuptijs dat saporis vinei Cecos ocu los claro luie vestiunt. Leprā luridā tactu fugat placido. Putres suscitat mortuos/ mēbraqꝫ curat debilia. Flu xū sāguinis ꝯstrixit: ꝛ saturauit quiqꝫ de panib⁹ q̄na milia. Stagnū pagrat fluctuās ceu siccū litt⁹ vētosqꝫ sedat. Linguā reserat cōstrictā recludit au res priuatas vocibus/ febres depulit Post hec mira miracula taliaqꝫ Spō te sua cōprehēditur ꝛ dānatur. Et se crucifigi nō despexit. Sed sol ei⁹ mor tē non aspexit. Illuxit dies quā fecit dñs. Hostē deuastās ꝛ victor suis ap- parēs dilectorib⁹ viuus. Primo ma- rie: dehinc aplis. Docens scripturas cor aperiens vt clausa de ipso resera rēt. Fauēt igitur resurgēti xp̄o cūcta gaudijs Flores segetes rediuiuo fru ctu vernāt ꝛ volucres gelu tristi ter- so dulce iubilāt. Lucēt clari⁹ sol et lu- na morte xp̄i turbida. Tell⁹ herbida resurgēti xp̄o plaudit q̄ tremula ei⁹ morte se casurā nūciat. Ergo die ista exultem⁹ i qua nobis viā vite resur- gēs patefecit iesus. Astra solū mare iocūdētur ꝛ cūcti gratulētur in celis spiritales chori trinitati. Infra cañ. Cōicātes. et Hāc igitur. sicut i die pa sche dñr. nulla mēoria fiat de dñica. Missa dñicalis per ebdo. dicitur. Of.

Quasi modo geniti infan tes allā/ rationabiles si- ne dolo lac concupiscite allā allā allā. ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. nō dr̄ Glia i ex. in ferijs p totū annū qñ de fer. agitur. nec Ite missa est. Oro

Presta q̄s oīps de⁹: vt q̄ pascha lia festa pegim⁹: hec te largiē- te morib⁹ ꝛ vita teneam⁹. p d̄. In oī- bus fer. pascha. tp̄e. ꝛ i oib⁹ festis triū lec. sine regi. chori dñr tres collecte. sicut i prima do. aduēt⁹ d̄. pnotatū ē.

Lectio epystole bti iohānis apli. i. v.

Charissimi: Oē qd natū est ex deo: vicit mūdū. Et hec est vi ctoria q̄ vicit mūdū: fides nr̄a. Quis est aūt q̄ vicit mūdū/ nisi q̄ credit qm̄ iesus est fili⁹ dei: Hic est q̄ venit p aquā et sāguinē: iesus xp̄s. Nō i aqua solū: sed i aqua ꝛ sāguie. Et sp̄us est q̄ testi ficatur: qm̄ xp̄s est veritas. Qm̄ tres sūt q̄ testimoniū dāt i celo: pr̄/ vbū/ ꝛ sp̄us sctūs. Et hi tres vnū sūt Et tres sūt q̄ testimoniū dāt i terra: sp̄us/ a- qua ꝛ sāguis. Et hi tres vnū sūt. Si testimoniū hoim accipim⁹: testimo niū dei mai⁹ est. Qm̄ hoc est testimo niū dei qd mai⁹ est: q2 testificat⁹ est de filio suo. Qui credit i filiū dei: habet testimoniū dei in se. Loco grad. dicit hoc Allā. v. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus i medio discipulorꝫ suorꝫ ꝛ dixit pax vobis. Allā. v. Angelus dñi descen- dit de celo: et accedēs reuoluit lapidē ꝛ sede bat super eū. Ali⁹ v. Rñdēs autē angelus dixit mulieribus quē q̄ritis: ille autē dixe- runt. iesū nazarenū. Isti duo v̄sus dñr p ebdo. alternis vicibus: ita tñ q̄ v.

Respondens. primo dr qn de fer. agit. et si nulla fer. per hac ebdo. ad hoc vacauerit: tuc vltim⁹ v. eo anno oino ptermittat. Et notadu est q oi die p hoc ide tps dnr duo alla. ad missa de quocuq fiet seruitiu except⁹ vigiliis pasche/ascesiois et pethecostes. et nisi i missis q i pcessioe dnr. Scdm io. xx.

In illo tpe: Cu esset sero die illo vna sabbato et fores essent clause vbi erat discipuli cogregati ppter metu iudeo: venit iesus et stetit i medio et dixit eis. Pax vobis. Et cu hoc dixisset: ostedit ei⁹ man⁹ et lat⁹ Gauisi sunt ergo discipuli: viso dno. Dixit ergo eis iteru. Pax vobis. Sicut misit me pr: et ego mitto vos. Et cu hoc dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spm sctm. Quo remiseritis pcta: remittutur eis. Et quo retinueritis: reteta sut. Thomas aute vn⁹ ex duodeci q dicitur didim⁹: no erat cu eis qn venit iesus. Dixert ergo ei: alii discipuli. Vidim⁹ dnm. Ille aute dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixura clauo/ et mitta digitu meu in locu clauo/ et mitta manu mea i lat⁹ eius: no creda. Et post dies octo: iter erat discipuli ei⁹ int⁹ et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deide dixit thome. Infer digitu tuu huc: et vide manus meas/ et affer manu tua/ et mitte in latus meu/ et noli esse incredulus sed fidelis. Rndit thomas: et dixit ei. Dns me⁹: et de⁹ me⁹. Dixit ei iesus. Q2 vidisti me thoma credidisti: bti q non viderut et crediderut. Multa qde et alia signa fecit iesus in cospectu discipulo suo: q no sut scripta in libro hoc. Hec aute scripta sut vt credatis: q2 iesus est xps fili⁹ dei. Et vt credentes: vita habeatis in noie ei⁹. Offer.

Angel⁹ dni descedit de celo et dixit mulieribus que qritis surrexit sicut dixit al. Sec.

Suscipe munera qs dne exultatis ecclie: et cui causa tati gaudii cotulisti: ppetuu fructu cocede leticie. p d. Co. Mitte manu tua et cognosce loca clauo alleluya et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcoio.

Quesumus dne deus nr: vt sacroscta mysteria q p reparationis nre munimine cotulisti: et psens nobis remediu esse facias et futuru. p d. Fer. iiii. Ad corithios i. xv.

Fratres: Si xps pdicat q resurrexit a mortuis: quomodo qda i vobis dicut/ qm resurrectio mortuo no est: Si aute resurrectio mortuo no est: neq xps resurrexit. Si aute xps no resurrexit: inanis est pdicatio nra/ inanis est et fides vra. Inuenimur aut et falsi testes dei: qm testimoniu dixim⁹ aduersus deu q suscitauerit xpm quem no suscitauit/ si mortui no resurgut. Nam si mortui no resurgut: neq xps resurrexit. Q2 si xps no resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc eni estis: in pctis vestris Ergo et q dormierut: in xpo periert. Si in hac vita tatu in xpo sperates sumus: miserabiliores sum⁹ oib⁹ hominibus. Nuc aute xps resurrexit a mortuis primitie dormietiu: qmqde per hoiem mors/ et p hoiem resurrectio mortuo. Et sicut in ada oes moriutur: ita et i xpo oes viuificabutur. Vnusqsq aut i suo ordine: p iesu xpm dnm nostru. Scdm marcu. xvi

In illo tpe: Surges iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene/ de qua eiecerat septe demonia. Illa vades nuciauit his q cu illo erat: lugetib⁹ et fletibus. At illi audietes q2 viueret/ et visus esset ab ea: no crediderut. Post hec

autē duobus ex his ambulātib⁹: ostē sus est in alia effigie/eūtib⁹ in villā. Et illi eūtes: nunciauerunt ceteris.

Feria sexta. Ad hebreos xiii. cap.

Fratres: Obedite prepositis vr̃is: ꝛ subiacete eis. Ipsi eni peruigilāt quasi rationē ꝓ aīab⁹ vestris reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt ꝛ nō gemētes. Hoc eni non expedit vobis. Orate ꝓ nobis. Cōfidim⁹ eni qꝛ bonā ꝯsciētiā habem⁹ in oib⁹: bene volētes cōuersari. Ampli⁹ autē depꝛecoꝛ vos hoc facere: quo celeri⁹ restituar vobis. De⁹ autē pacis q̄ edurit de moꝛtuis pastoꝛē magnum ouiū in sanguine testamēti eterni dominū nostrū iesū xp̄m aptet vos in oi bono: vt faciatis volūtatē eius. faciens in vobis qđ placeat coꝛā se per iesū chꝛistū. Cui est glia i secula seculoꝛum. Secundū matheum. xxviii.

In illo tp̄e: Exierūt mulieres de monumēto cum timoꝛe et gaudio magno: currētes nūciare discipulis ei⁹. Et ecce iesus occurrit illis: dicēs. Auete. Ille autē accesserūt et tenuerūt pedes ei⁹: et adoꝛauerūt eū. Tūc ait illis iesus. Nolite timere Ite nūciate fratrib⁹ meis: vt eāt i galileā/ibi me vidēbūt. Que cū abiissēt: ecce qđā de custodib⁹ venerūt in ciuitatē/ꝛ nūciauerūt pꝛicipib⁹ sacerdotū oīa q̄ facta fuerāt. Et ꝯgregati cū senioꝛib⁹/cōsilio accepto: pecuniā copiosā dederūt militib⁹ dicētes. Dicite qꝛ discipuli ei⁹ nocte venerūt: ꝛ furati sūt eū nobis doꝛmiētibus. Et si hoc auditū fuerit a pꝛeside: nos suadebimus ei ꝛ securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerūt sicut erāt edocti. Et diuulgatū est verbū istud apud iudeos: vsqꝫ in hodiernū diē. Sciēdū est ꝙ in oī festo cū regi. cho. ab octa. pasche vsqꝫ ad ascē. do. scđm

Allā. erit vnū de subscriptis: q̄bus dictis dn̄r illa de ebdo. pasche videlicet de iii. iiii. et v. fer. ꝑ oꝛdinē. q̄b⁹ dictis reīcipiātur subscripta. et sūt nouē i numero. Allā. ℣. Mane nobiscū dn̄e qꝛ īclinata est iā dies ad vesperum. Allā. ℣. Opoꝛtebat pati xp̄m ꝛ resurgere a moꝛtuis ꝛ ita itrare i gloꝛiā suā. Allā. ℣. Chꝛistus resurgēs ex moꝛtuis iam nō moꝛitur: moꝛs illi vltra nō dn̄abit. Allā. ℣. Surrexit altissim⁹ de sepulchꝛo: q̄ pꝛo nobis pependit in ligno. Allā. ℣. Surrexit xp̄s et illuxit populo suo quē redemit ipse sāguie suo. Allā. ℣. Chꝛist⁹ moꝛtu⁹ est ꝑpter delicta nostra ꝛ surrexit ꝑpter iustificationē nostrā. Allā. ℣. Surgēs iesus dn̄s noster stetit in medio discipuloꝝ suoꝝ et dixit pax vobis. Alleluya. ℣. Surrexit dn̄s ꝛ occurrēs mulierib⁹ ait. auete/tūc accesserūt et tenuerūt pedes ei⁹. Allā. ℣. In die resurrectionis mee dicit dn̄s ꝑcedā vos in galileā. Si in hac dn̄ica vel in sequētib⁹ fiat seruitiū de aliquo festo. cū regi. cho. tunc ad missā scđm Allā. non de dn̄ica s; vnū đ nouē ꝑdictis ꝑ oꝛdinē.

Dn̄ica.ii. post pascha. Hac die ꝛ oībus dn̄icis dieb⁹ vsqꝫ ad ascē. dn̄i si a fine cū regi. cho. vacauerit: dicat missa de resurrectione sicut i die pasche ꝑter grad. ꝛ sequē. et Cōicātes. ꝛ Hāc igitur. sed nulla fiat meō. de dn̄ica ad missā de resurrectiōe. Et sēp dr̄ seq̄. Victime pascha. Et si festū alicui⁹ sācti cū regi. cho. i dn̄ica eueñ. tunc đ sācto dr̄ missa ꝛ meō. de resur. ꝛ non de dn̄ica. Notādum est ꝙ i oīb⁹ dn̄icis a pascha vsqꝫ ad ascē. do. erit pꝛimū Alleluya. ℣. Pascha nostrum. et scđm Allā. de sua dn̄ica. scilicet qđ pl⁹ facit mentionē de resurrectiōe qđ est vltimū. Et sēp ifra ꝑdictum tp̄s de quocūqꝫ dr̄ missa fiat meō. de resur. cū hac oꝛ. De⁹ q̄ vnige. nisi in inuētiōe scē crucis. Missa vero dn̄icalis per ebdo. dr̄

cum prefatiõe quotidiana. Et si nulla feria p ebdo. vacauerit a festo: tũc in dñica in capitulo dicitur missa dñicalis ebdomade secunde. Officium.

Misericordia domini plena est terra alleluya/verbo domini celi firmati sunt alleluya alleluya. P̃s. Exultate iusti i domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui in filii tui humilitate iacentẽ mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede leticiã: vt quos ꝑpetue mortis eripuisti casibus/gaudiis facias sẽpiternis ꝑfrui. Per eũdem dñm. Lectio epystole beati petri apostoli. i.ii. capitulo.

Charissimi: Christus passus est ꝓ nobis/vobis relinquẽs exẽplũ: vt sequamini vestigia eius. Qui pctm̃ nõ fecit nec inuẽtus est dolus i ore ei⁹. Qui cũ malediceref nõ maledicebat. Cũ paterer: nõ ꝯminabatur Tradebat autẽ iudicãti se iiuste: qui pctã nr̃a ipse pertulit i corpore suo super lignũ. Ut pctis mortui iusticie viuamus: cui⁹ liuore sanati sum⁹. Eratis eni sicut oues errãtes: sed cõuersi nũc estis ad pastorẽ ꝛ epyscopũ aĩaꝝ vraꝝ. Allã. V. Ego sũ pastor bon⁹ ꝛ cognosco oues meas et cognoscunt me mee. Allã. V. Surrexit pastor bon⁹ q̃ posuit aĩam suã ꝓ grege suo. Scd̃m iohãnẽ x.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Ego sũ pastor bonus. Bonus pastor: aĩam suã dat ꝓ ouib⁹ suis. Mercẽnarius autẽ ꝛ q̃ nõ est pastor/cuius nõ sũt oues ꝓprie: videt lupũ veniẽtẽ/et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit ꝛ dispgit oues. Mercẽnarius autẽ fugit qꝛ mercẽnarius est: ꝛ nõ ptinet ad eũ de ouibus. Ego sũ pastor bon⁹ Et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pr̃: ꝛ ego agnosco patrẽ. Et animã meã pono: ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̃ nõ sũt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere/et vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnũ ouile: et vn⁹ pastor. Offꝛ. Deus de⁹ meus ad te de luce vigilo: ꝛ i noĩe tuo leuabo man⁹ meas al.

Benedictionẽ nobis dñe ꝛc. Sec. Grat salutarẽ sacra sẽp oblatio: vt qd̃ agit mysterio: virtute pficiat. P. Cõ. Ego sũ pastor bon⁹ allã ꝛ cognosco oues meas ꝛ cognoscũt me mee al. al. P⁹c.

Presta nobis quesumus omnipotens ꝛ misericors deus: vt viuificationis tue gratiã consequentes: in tuo sẽper munere gloriemur. Per dominum. Feria quarta. Lectio epystole beati petri apostoli. i. i.

Charissimi: Sciẽtes q̃ non ex corruptilibus argento vel auro redẽpti estis de vana vestra ꝯuersatione paterne traditionis: sed pcioso sãguine agni incõtaminati ꝛ immaculati xp̃i. Precogniti quidẽ ãte mũdi constitutionẽ: manifestati aũt nouissimis tẽporibus/propter vos qui per ipsũ fideles estis in deo. Qui suscitauit eũ a mortuis/et dedit ei gloriã: vt fides vestra et spes esset in deum. Animas vestras castificãtes: in obediẽtia charitatis/in fraternitatis amore. Simplici ex corde inuicẽ diligite attẽtius: renati nõ ex semine corruptibili sed icorruptibili per verbũ dei viui ꝛ permanẽtis. Quia omnis caro vt fenum: et omnis gloria eius tãq̃ flos feni. Exaruit fenum: et flos eius decidit. Uerbũ autẽ dñi: manet in eternũ. Secundũ lucam. xxiiii. ca.

In illo tp̃e: Una sabbati valde diluculo/venerũt mulieres ad monumẽtũ: portãtes q̃ parauerant aromata. Et inuenerũt reuolutũ lapidẽ a monumẽto: ꝛ igresse nõ iuenerũt corpus domini iesu. Et factũ est dũ

mēte ꝯsternate essēt de isto: ecce duo viri steterūt iuxta illas/ in veste fulgēti. Cū timerēt autē et declinarent vultū in terrā: dixerūt ad illas. Quid q̄ritis viuētē cū mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locut⁹ est vobis: cū adhuc in galilea esset dicēs. Qr oportet filiū hois tradi in man⁹ pctōꝝ ꝛ crucifigi: ꝛ tercia die resurgere. Et remēorate sūt verboꝝ ei⁹: ꝛ regresse a monumēto nūciauerunt hec oīa illis vndeci et ceteris oib⁹. Erat aūt maria magdalene ꝛ iohāna ꝛ maria iacobi: ꝛ cetere q̄ cū ipsis erāt q̄ dicebāt ad apl'os hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramēta verba ista: ꝛ nō credebāt illis Petr⁹ autē surgēs cucurrit ad monumentū: ꝛ procūbēs vidit lintheamina sola posita. Et abijt secū mirans: qđ factū fuerat. Fe.vi. Ad romanos v.

Fratres: Sicut per vni⁹ delictū in oēs hoies i cōdēnatione: sic ꝛ per vni⁹ iusticiā in oēs hoies in iustificationē vite. Sicut eni per inobediētiā vni⁹ hois pctōres cōstituti sūt multi: ita ꝛ per vni⁹ obedientiā iusti cōstituuntur multi. Lex eni subitrauit: vt abūdaret delictū. Ubi autē abūdauit delictū: superabundauit ꝛ grā. Ut sicut regnauit pctm̄ in morte: ita ꝛ grā regnet p iusticiā i vitā eternā. Per iesū christum: dominum nostrū. Secundū matheū.ix.

In illo tpe: Accesserunt ad iesū discipuli iohannis: dicentes. Quare nos ꝛ pharisei ieiunam⁹ frequēter/ discipuli autē tui nō ieiunāt? Et ait illis iesus. Nūquid possūt filii spōsi lugere/ q̄diu cū illis est spōsus? Ueniēt autē dies cū auferetur ab eis spōsus: ꝛ tunc ieiunabūt. Nemo aūt inmittit cōmissurā pāni rudis: i vestimētū vet⁹. Tollet eni plenitudinē ei⁹ a vestimēto: ꝛ peior scissura fit Neq; mittūt vinū nouū: in vtres veteres. Alioquin rūpūtur vtres et vinū effūdetur: ꝛ vtres pereūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittūt: et ambo conseruantur. In illa dñicalis ebdomade tercie. Officium.

Iubilate deo oīs terra alleluya psalmū dicite noi ei⁹ allā date gloriā laudi eius alleluya alleluya alleluya. V. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue. Or.

Deus q̄ errātib⁹ vt in viā possint redire iusticie veritatis tue lumē ostēdis: da cūctis q̄ christiana professiōe cēsētur: et illa respuere q̄ huic inimica sūt nomini/ ꝛ ea q̄ sunt apta sectari. Per dominū. Lectio epystole beati petri apostoli i.ii.cap.

Charissimi: Obsecro vos tāq; aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desiderijs que militāt aduersus aiam. Cōuersatione vestrā iter gētes habentes bonā: vt in eo qđ detractāt de vobis tāq; de malefactorib⁹ ex bonis operib⁹ vos cōsiderātes glificēt deū in die visitationis. Subiecti igitur estote oi humane creature: ꝑpter deū. Siue regi quasi p̄cellēti: siue ducib⁹ tāq; ab eo missis/ ad vīdictā malefactoꝝ laudē vero bonoꝝ. Qr sic est volūtas dei: vt bnfacientis obmutescere faciatis imprudētiū hoim ignorātiā. Quasi liberi ꝛ nō quasi velamē habētes malicie libertatē: sed sicut serui dei. Oēs honorate: fraternitatē diligite. Deū timete: regē honorificate Serui subditi estote oi timore dñis/ nō tantū bonis et modestis: sed etiā discolis. Hec est eni grā. In xpo iesu: dño nrō Allā. V. Modicū ꝛ nō videbitis me dicit dñs: ꝛ iterū modicū ꝛ videbitis me qr vado

ad patrem. Alla. ℣. Iterū autem videbo vos et gaudebit cor vestrū ꝛ gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Alla. ℣. Surrexit christus qui creauit oia ꝛ misert⁹ est humano generi. In hac ebdo. ad missā i diebus ꝓfestis primū Allā. scilicet Modicū. dr per totā ebdo. loco grad. et alia duo dnī alternis vicibus i ferijs ꝛ i festis triū lectionū quod etiā in proxima sequēti ebdomada obseruandū est. Secundum iohannem. xvi. ca.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Modicū ꝛ iā nō videbitis me: ꝛ iter modicū ꝛ videbitis me qr vado ad patrē. Dixerūt ergo discipuli ei⁹: adinuicē. Quid est hoc qđ dicit nobis modicū ꝛ nō videbitis me/ et iter modicū ꝛ videbitis me/ qr vado ad patrē: Dicebāt ergo. Quid est hoc qđ dicit modicū: Nescim⁹ qđ loquitur. Cognouit autē iesus qr volebāt eū iterrogare: ꝛ dixit eis. De hoc q̄ritis inter vos qr dixi modicū ꝛ nō videbitis me: ꝛ iter modicū ꝛ videbitis me Amē amē dico vobis: qr plorabitis ꝛ flebitis vos/ mūdus autē gaudebit. Uos autē contristabimini sed tristicia vr̄a vertetur in gaudiū. Mulier cū parit tristiciā habet: qr venit hora eius. Cū autē pepererit puerū: iā nō meminit presure propter gaudiū/ qr natus est hō in mūdū. Et vos igitr nūc q̄dē tristiciā habetis. Iterū aūt videbo vos: ꝛ gaudebit cor vestrū: Et gaudiū vestrū: nemo tollet a vobis. Offr. Lauda aia mea dnm laudabo dnz i vita mea: psallā deo meo q̄diu ero al.

Is nobis q̄s dn̄e myste- Sec. rijs ꝯferatur: quo terrena desideria mitigātes/ discam⁹ amare celestia. Per d. Cōio. Modicū ꝛ non videbitis me allā iterū modicū ꝛ videbitis me qr vado ad patrē allā allā. Postcō.

Espice q̄s dn̄e pplm̄ tuum: et quē eternis dignat⁹ es renouare mysterijs: a tpalib⁹ culpis dignanter absolue. Per dn̄m. ¶ Feria iiii. Lectio epystole beati iohanis apostoli. i. ii.

Charissimi: Hec scribo vobis: vt nō peccetis. Sed si q̄s peccauerit: aduocatū habemus apud patrē iesū christū iustū/ ꝛ ipse est propiciatio ꝓ pctis nr̄is. Nō pro nr̄is autē tantū: sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scim⁹ qm̄ cognouimus eū: si mādata ei⁹ obseruem⁹. Qui dicit se nosse eū/ ꝛ mādata eius nō custodit: mēdax est/ ꝛ veritas in eo nō est. Qui autē seruat verbū eius: vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus qm̄ i ipso sumus: si mādata ei⁹ obseruemus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ābulauit/ ꝛ ipse ābulare. Charissimi nō mādatū nouū scribo vobis: sed mādatum vetus qđ habuistis ab iitio. Mādatū vet⁹ est: verbū qđ audistis. Iter mandatū nouū scribo vobis: qđ verū est ꝛ in ipso ꝛ in vobis. Qm̄ tenebre trāsierūt: et lumē verū iā lucet. Per iesū xp̄m: dn̄m nostrum. Secundum iohannem. iii.

In illo tpe: Facta est q̄stio ex discipulis iohannis cū iudeis: de purificatione. Et venerūt ad iohannē: ꝛ dixerūt ei. Rabbi/ q̄ erat tecū trās iordanē cui testimoniū perhibuisti: ecce hic baptizat/ ꝛ oēs veniūt ad eū. Rn̄dit iohānes: ꝛ dixit. Nō potest hō accipere q̄cq̄: nisi datū fuerit illi de celo. Ipsi vos michi testimoniū phibetis q̄ dixerim ego nō sū christus: sed qr missus sū ante illū. Qui habet spōsam: spōsus est. Amicus aūt sponsi q̄ stat et audit eū: gaudio gaudet ꝓpter vocē spōsi. Hoc ergo gaudiū meū: impletū est. Illum oportet crescere: me autē minui. Qui desursū venit: sup oēs est. Qui de terra est/ de terra est: ꝛ

de terra loquitur. Qui de celo venit: super oēs est. Et quod vidit et audiuit hoc testatur: et testimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui autē acceperit ei⁹ testimoniū: signauit q2 deus verax est. Quē eni misit de⁹: verba dei loqtur. Nō eni ad mēsurā dat deus spm̄. Pater diligit filiū: et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium: habet vitam eternam. Qui autem nō credit filio non videbit vitam: sed ira dei manet super eum. Feria sexta. Ad thessalonicenses. i. v. cap.

Fratres: Omnis enim vos filij lucis estis: et filij dei. Non sumus noctis: neq3 tenebrarū. Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrij simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt. Et qui ebrij sunt: nocte ebrij sūt. Nos autem qui diei sumus sobrij sim⁹: induti loricā fidei et charitatis et galeā spē salutis Qm̄ non posuit nos deus in irā: sed in acquisitionē salutis per dn̄m nostrū iesum christum qui mortuus est pro nobis/ vt siue vigilemus siue dormiamus simul cū illo viuam⁹. Propter quod cōsolamini inuicē: ⁊ edificate alterutrū. In christo iesu dn̄o nostro. Secundum iohannem. xii. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Ego lux in mundū veni: vt omnis qui credit i me/ in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea et non custodierit ea: ego non iudico eū. Nō enim veni vt iudicē mundū: sed vt saluificē mundum. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus: sed q̄ misit me pater/ ipse michi mandatū dedit quid dicā et quid loquar. Et scio quia mandatū eius: vita eterna est. Que ergo ego loquor/ sicut dixit michi pater: sic loquor. Missa dn̄icalis ebdomade quarte post pascha. of.

Cantate dn̄o cāticū nouum allā q2 mirabilia fecit dn̄s allā ante conspectū gentiū reuelauit iusticiam suā allā alleluya. ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Oratio.

Deus qui fideliū mentes vni⁹ efficis volūtatis/ da populis tuis id amare quod precipis/ id desiderare qd̄ promittis: vt inter mūdanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per do. Lectio epystole beati iacobi apostoli. i. cap.

Charissimi: Omē datum optimum ⁊ oē donū pfectū desursū est descēdēs a patre luminū: apud quē nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt sim⁹ initiū aliqd̄ creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aūt omis hō velox ad audiendū: tardus ad loquēdū/ et tardus ad irā. Ira eni viri: iusticiā dei nō operatur. Propter qd̄ abiiciētes omnem immundiciā et abundātiam malicie: in mansuetudine suscipite isitum verbū. Quod potest saluare aīas vestras. Allel uya. ℣. Vado ad eū qui misit me: sed quia hec locutus sū vobis tristicia impleuit cor vestrū. Allā ℣. Ego veritatē dico vobis expedit vobis vt ego vadā. Allā. ℣. Surrexit dn̄s vere et apparuit petro. Et dn̄r sicut i prima dn̄ica pcedēn. Scdm iohannem. xvi

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Vado ad eū qui misit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed q2 hec locut⁹ sū vob: tristicia ipleuit cor vestrū. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt

ego vadã. Si enim nõ abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autẽ abiero: mittã eũ ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũdũ de pctõ / & de iusticia et de iudicio. De pctõ qdẽ: q2 nõ crediderunt in me. De iusticia vero: q2 ad patrẽ vado / & iã nõ videbitis me. De iudicio autẽ: q2 princeps hui9 mũdi iã iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: s3 nõ potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spũs veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Nõ enim loqtur a semetipso: sed qcũq3 audiet loqtur / & q ventura sũt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: q2 de meo accipiet / & annũciabit vobis. Oia qcũq3 habet pr: mea sũt. Propterea dixi: q2 de meo accipiet: & ãnũciabit vobis

Offer. Iubilate deo vniuersa terra / iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noi ei9: venite & audite & narrabo vobis oẽs q timetis deũ quãta fecit dñs aie mee allã. Sec.

Deus qui resurgẽs a mortuis passione cessata potẽtiorẽ te tuis discipulis reddidisti: cõcede: ppicius. vt nos quoq3 maiestati tue hoc paschale sacrificiũ conciliet: & ad gratiã tuã promerẽdã in bonis operib9 efficiat promptiores. Qui viuis et re.

Cõ. Dum venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundum de peccato & de iusticia et de iudicio allã allã. Postcõio.

Adesto nobis domine de9 noster / vt per hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a vicijs / et a periculis omnibus eruamur. Per dominum. Feria quarta. Lectio epystole beati iacobi apostoli. ii. cap.

Charissimi: Nolite in personarũ acceptione habere fidẽ dñi nostri iesu christi glie. Etenim si itroierit in cõuentũ vestrũ vir anulum aureũ habẽs in veste cãdida / introierit autẽ et pauper in sordido habitu: & intendatis in eũ qui idutus est veste pclara / & dixeritis ei. Tu sede hic bene: pauperi autẽ dicatis. Tu sta illic aut sede sub scabello pedũ meorum / nõne iudicatis apd vosmetipsos & facti estis cogitationũ iniquarum iudices: Audite fratres mei dilectissimi. Nõne de9 elegit pauperes in hoc mundo / diuites autẽ in fide et heredes regni qd pmisit deus diligentibus se: Vos autẽ exhonorastis pauperẽ. Nonne diuites per potentiã opprimũt vos / & ipsi trahũt vos ad iudicia: Nõne ipsi blasphemãt bonũ nomẽ: qd inuocatũ est super vos: Si tamẽ legẽ perficitis regalẽ scdm scripturas / diliges proximũ tuũ sicut teipsũ: bene facitis. Si aũt personas accipitis: pctm operamini redarguti a lege quasi transgressores. Quicũq3 autẽ totã legẽ seruauerit: offẽdit autẽ in vno / fact9 est oim re9. Qui enim dixit nõ occides: dixit et nõ mechaberis. Qd si non mechaberis / occidas autẽ: factus es trãsgressor legis. Sic loquimini et sic facite: quasi per legẽ libertatis incipiẽtes iudicare. Iudiciũ enim sine mia: illi qui nõ facit miam. Superexaltat autẽ: mia iudiciũ. Scdm iohannẽ. xvii

In illo tẽpore: Respiciẽs iesus in discipulos suos dixit Pater sancte / serua eos i nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnũ sicut & nos Cum essem cum eis: ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui & nemo ex his perijt / nisi filius perditiõis: vt scriptura impleatur. Nunc autẽ ad te venio: et hec loquor in mundo / vt habeant gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuum et mũdus eos odio habuit: quia non sunt de mũdo sicut et ego non sum de mundo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt

serues eos a malo. ¶ Feria sexta. Le-
ctio epystole beati iacobi apostoli.
Charissimi: Uidetis quoniam
ex operib9 iustificatur homo:
et non ex fide tantū. Similiter autē
et raab meretrix/ nonne ex operibus
iustificata est suscipiens nuncios et
alia via eiciens? Sicut enim corpus
sine spiritu mortuum est: ita et fides
sine operibus mortua est. S. Io. xiii.
In illo tempore: Dixit iesus di-
scipulis suis. Filioli adhuc mo
dicū tēpus: vobiscū sū. Queretis me
et sicut dixi iudeis: quo ego vado/ vos
non potestis venire. Et vobis dico
modo. Mandatū nouū do vobis vt
diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt
et vos inuicem diligatis. In hoc co-
gnoscent oēs q2 discipuli mei estis:
si dilectionem habueritis ad inuicē.
Dicit ei symon petr9. Dñe/ quo va-
dis? Respondit iesus. Quo ego vado:
non potes me modo sequi/ sequeris
autem postea. ¶ Missa dñicalis eb-
domade v. post pascha. Officium.
Vocē iocūditatis annūcia
te et audiatur allā nūcia-
te vsq3 ad extremū terre:
liberauit dñs populū suū
alleluya alleluya. ps. Jubilate deo om-
nis terra psalmum dicite nomini eius: da-
te gloriam laudi eius. ¶ Oratio.
Deus a quo bona cūcta proce-
dunt/ largire supplicibus tuis: vt co-
gitemus te inspirāte q̄ recta sūt: et te
gubernāte eadē faciamus. p. Lectio
epystole beati iacobi apostoli. cap. j.
Charissimi: Estote factores ver
bi et non auditores tantū: fal-
lentes vosmetipsos. Quia si quis au
ditor est verbi et non factor: hic com
parabitur viro cōsideranti vultū na
tiuitatis sue in speculo. Considerauit
eni se et abijt: et stati oblitus est qua-
lis fuerit. Qui autē perspexerit in le-
ge perfecte libertatis et permāserit i
ea/ nō auditor obliuiosus fact9 sed fa-
ctor operis: hic btūs i facto suo erit.
Si q̄s autē putat se religiosū esse nō
refrenās linguā suā/ sed seducēs cor
suū: huius vana est religio. Religio
mūda et imaculata apud deū et patrē
hec est: visitare pupillos et viduas in
tribulatione eorū. Et immaculatū se
custodire: ab hoc seculo. ¶ Allā. V. Us-
q3 modo non petistis quicq̄ i nomine meo:
petite et accipietis. ¶ Allā. V. Surrexit
christus iā nō moritur: mors illi vltra non
dñabitur. Secundum iohannem. xvi
In illo tpe: Dixit iesus discipu
lis suis. Amē amē dico vobis:
si quid petieritis patrē in noīe meo/
dabit vobis. Usq3 modo nō petistis
quicq̄: in noīe meo. Petite et accipie-
tis: vt gaudiū vestrum sit plenū. Hec
in prouerbijs locut9 sum vobis. Ue-
nit hora cum iā non in prouerbijs lo
quar vobis: sed palam de patre meo
annunciabo vobis. Illo die in nomi
ne meo petetis. Et non dico vobis:
quia ego rogabo patrem de vobis.
Ipse enim pater amat vos: quia vos
me amastis et credidistis quia ego a
deo exiui. Exiui a patre et veni in mū
dū: iterū relinquo mūdū et vado ad
patrē. Dicunt ei discipuli eius. Ecce
nunc palā loqueris et prouerbiū nul-
lum dicis. Nūc scimus quia scis om-
nia et non opus est tibi: vt quis te in-
terroget. In hoc credim9: quia a deo
existi. Offer. Benedicite gentes dominū
deū nostrum: et obaudite vocem laudis ei9
qui posuit animā meam ad vitam: et nō de
dit commoueri pedes meos/ benedictus do
minus qui nō amouit deprecationem meā
et misericordiā suā a me alleluya. Secre.
Suscipe q̄s dñe fidelium preces
cum oblationibus hostiarū:

vt per hec pie deuotiõis officia: ad celestẽ gloriã trãseamus. Per. Cõ. Cantate domino allã cantate domino et benedicite nomen eius bene nunciate de die in diẽ salutare eius alleluya allã. Postcõio.

Tribue nobis dñe q̃s celestis mẽse virtute satiatis: & desiderare q̃ recta sũt/ & desiderata pcipere. Per do. Fer. ii. in rogationib⁹. si a festo cũ regi. cho. vacauerit: dr̃ post tertã p magna missa scilicet Uocẽ iocũditatis. vt supra i dñica. Et in processione dicitur hec missa. Officium.

Exaudiuit de tẽplo sãcto suo vocem meã allã: et clamor meus in conspectu eius introiuit i aures eius alleluya alleluya. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Oratio.

Presta q̃s oĩps de⁹: vt qui in afflictione nostra de tua pietate cõfidimus: cõtra aduersa oĩa tua semper protectione muniamur. Per d. Scda oratio de sancto de quo est ecclesia illa. Tercia oratio de omnibus sanctis. Concede quesumus. Lectio epystole beati iacobi apostoli. v. cap.

Charissimi: Cõfitemini alterutrũ pctã vestra: et orate pro inuicẽ/ vt saluemini. Multũ eni valet: deprecatio iusti assidua. Helyas hõ erat similis nobis passibilis: & oratiõe orauit vt nõ plueret super terrã/ & nõ pluit annos tres et mẽses sex. Et rursum orauit: & celũ dedit pluuiã/ et terra dedit fructũ suũ. Si q̃s autẽ ex vobis errauerit a veritate/ & cõuerterit quis eũ: scire debet q̃m qui cõuerti fecerit pctõrẽ ab errore vie sue/ saluabit animã eius a morte. Et operit: multitudinem peccatorum. Allã. V. Cõfitemini dño q̃m bonus: q̃m in seculũ misericordia eius. Secundum lucam. xi.

In illo tpe Dixit iesus discipulis suis Quis vestrũ habebit amicũ: et ibit ad illũ media nocte/ & dicet illi. Amice cõmoda michi tres panes: q̃m amicus me⁹ venit de via ad me/ et non habeo quod ponã ante illũ. Et ille deintus respondens. dicat Noli michi molestus esse: iã hostiũ clausum est/ et pueri mei mecũ sũt in cubili. nõ possum surgere et dare tibi Et ille si perseuerauerit pulsãs. dico vobis/ et si non dabit illi surgens/ eo q̃ amicus eius sit: propter iprobitatẽ tamẽ eius surget/ et dabit illi quot quot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: et dabitur vobis. Querite: & inuenietis. Pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit/ et pulsãti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panem/ nũquid lapidẽ dabit illi: Aut piscem/ nũquid pro pisce serpentem dabit illi: Aut si petierit ouum/ nunquid porriget illi scorpionem: Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quãto magis pater vester de celo dabit spiritum bonũ/ petentibus se. Offr. Cõfitebor domino nimis in ore meo et in medio multorũ laudabo eũ qui astitit ad dexteram pauperis vt saluã faceret a persequentibus animam meã alleluya. Hic fiat sermo ad populũ si placuerit. Secreta.

Hec munera dñe q̃s et vincula nostre prauitatis absoluãt: et tue nobis misericordie dona cõciliẽt. Per. Cõio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis. omnis eni qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur allã. Postcõio.

Uota nr̃a q̃s dñe pio fauore psequere: vt dum dona tua in tribulatione percepimus: de cõsolatione nr̃a i tuo amore crescam⁹. p do.

Fer. iiii. dr magna missa de scta maria nisi aliqd festu cu regimine chori i eade feria cotigerit. Et missa Salus populi. dr in processioe vbi fit statio. ad qua missa vnu tantu Allelupa. dicitur. et in vigilia ascensionis dicit missa de pace in processione. Tu si festu alicuius sacti cu regimine chori i scda feria cotigerit: tuc dicatur missa dnicalis i tercia feria. vel vigilia ascensionis i processione vbi fit statio. Similiter qn festu cu regimine chori i vigilia ascensionis euenerit: tunc dicitur missa de vigilia in processione vbi fit statio. Et semper in his predictis tribus diebus dr magna missa i choro post sexta: et post illa missa statim dicitur hora nona. et tuc eat processio. In vigilia ascensionis. Of.

Omnes gëtes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis allelupa alla. ps. Subiecit populos nobis: et gëtes sub pedibus nostris. Oratio.

Presta qs ops pater vt nre mentis intentio quo vnigenitus fili' tu' dominus noster veture solennitatis gloriosus auctor ingressus est sëper intendat. et quo fide pergit: couersatione perueniat. Per eude. Meoria de sancta maria et de omnibus sanctis. Lectio actuum apostoloru. iiii

In diebus illis: Multitudinis autë credentiu: erat cor vnu et aia vna. Nec quisq eor que possidebat: aliqd suu esse dicebat. Sed erant illis: oia comunia. Et virtute magna reddebant apostoli testimoniu resurrectionis iesu christi dni nostri: et gratia magna erat i oibus illis. Nec eni qsq egës erat: inter illos. Quotquot enim possessores agror aut domor erät: vendëtes afferebät precia eoru q vendebät/ et ponebant ante pedes apostolor. Diuidebatur autë singulis: prout cuiq op' erat. Alla. V. Oës gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Scdm iohanë. xvii.

In illo tpe: Subleuatis iesus oculis in celu: dixit. Pater venit hora: clarifica filiu tuu/ vt fili' tu' clarificet te. Sicut dedisti ei potestatë ois carnis: vt oie qd dedisti ei det eis vita eterna. Hec est autë vita eterna: vt cognoscant te solu veru deu/ et quë misisti iesu christu. Ego te clarificaui super terra: opus cosummaui/ qd dedisti michi vt facia. Et nuc clarifica me tu pater apud temetipsu: claritate qua habui priusq mundus esset apud te. Manifestaui nomë tuum hoibus: quos dedisti michi de mudo. Tui erant et michi eos dedisti: et sermonë tuu seruauert. Nuc cognouerut q oia que dedisti michi abs te sunt: q verba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperut et cognouerut vere q tu me misisti: et crediderut q a te exiui. Ego pro eis rogo. No pro mudo rogo: sed pro his quos dedisti michi/ q tui sut. Et mea omnia tua sunt: et tua mea sunt/ et clarificat' su in eis. Et iam non sum in mudo: et hi i mudo sut: et ego ad te venio. Offr.

Uiri galilei quid admiramini aspicientes in celum hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet queadmodum vidistis eum ascëdentë in celum alla. Secre.

Sacrificiu dne pro filii tui supplices venerabili qua preuenimus nuc asceiioe deferimus: psta qs. vt nos per ipsu his comercijs sacrosctis ad celestia cosurgamus. Qui tecum viuit. Prefatio quotidiana. Communio. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alla nuc autë ad te venio. no rogo vt tollas eos de mudo sed vt serues eos a malo alla al. Postc.

Tribue q̃s dñe: vt p hec sacramenta q̃ sũpsimus/ illuc tendat nr̃e deuotiõis affectus: quo tecũ est nr̃a substãtia iesus xp̃s filius tuus dñs noster. Qui tecũ. In die ascensionis domini. Ad missam Officiũ.

Viri galilei q̃d admiramini aspiciẽtes ĩ celũ allã: quẽadmodũ vidistis eũ ascẽdentẽ in celũ ita veniet allã allã allã. Ps. Cũq3 intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt. Oratio.

Concede q̃s oĩps deus: vt q̃ hodierna die vnigenitũ tuũ redẽptorẽ nostrũ ad celos ascẽdisse credimus: ipsi quoq3 mẽte ĩ celestib⁹ habitem⁹. Per eũd. Lectio actuũ aplorũ. i.

Primũ q̃dẽ sermonẽ feci de oĩbus o theophile: q̃ cepit iesus facere ⁊ docere vsq3 in diẽ qua p̃cipiẽs apostolis p spm̃ sctm̃ quos elegit assumptus est. Quib⁹ ⁊ p̃buit seipsũ viuũ post passionẽ suã in multis argumẽtis p dies quadragita apparẽs eis: ⁊ loquẽs de regno dei. Et cõuescẽs p̃cepit eis ab hierosolimis ne discederẽt: sed expectarẽt p̃missionẽ patris quã audistis inq̃t p os meũ. Qr iohãnes q̃dẽ baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini spũ sctõ nõ post multos hos dies. Igitur q̃ cõuenerãt: iterrogabãt eũ dicẽtes. Dñe/ si ĩ tp̃e hoc restitues regnũ israel? Dixit autẽ eis. Nõ est vestrũ nosse tp̃a vel momẽta q̃ p̃r posuit ĩ sua potestate: sed accipietis virtutẽ superueniẽtis spũs scti in vos/ et eritis michi testes ĩ hierusalẽ ⁊ in oĩ iudea ⁊ samaria/ ⁊ vsq3 ad vltimũ terre. Et cũ hoc dixisset: videtib⁹ illis eleuat⁹ est/ ⁊ nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Cũq3 ĩtuerẽtur ĩ celũ eũtẽ illũ: ecce duo viri astit erũt iuxta illos in vestib⁹ albis q̃ ⁊ dixerũt. Viri galilei/ q̃d statis aspiciẽtes in celũ? Hic iesus q̃ assũptus est a vobis in celũ/ sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ: eũtẽ in celũ. Allã. ℣. Ascẽdit deus in iubilatione ⁊ dñs in voce tube. Hac die ⁊ ĩ octaua si duplex festũ ibidẽ celebretur dĩ Allã. ℣. Ascẽdẽs christus in altũ captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hoĩb⁹. Quotidie per octa. nisi in dñica ⁊ in octa. die siue fiat seruitiũ de ascẽsiõe siue de aliquo festo cũ regimine chori: nisi ĩ festo philippi ⁊ iacobi/ ⁊ in iuẽtiõe sãcte crucis erit scdm̃ Allã. ℣. Dominus in synai sancto ascendẽs in altũ captiuam duxit captiuitatem. Sequentia.

Rex omnipotẽs die hodierna Mũdo triũphali redẽpto potẽtia. Victor ascẽdit celos vnde descẽderat. Nã quadragita postq̃ surrexerat Dieb⁹ sacris cõfirmãs pectora apostolorũ pacis chara relinquẽs oscula. Quib⁹ ⁊ dedit potestatẽ laxãdi crimina. Et misit eos in mũdũ baptizare cũctas aĩas. In p̃ris ⁊ filij ⁊ scti spiritus clemẽtia. Et cõuescẽs p̃cepit eis ab hierosolimis Ne abirẽt sed expectarẽt promissa munera. Nõ post multos eñi dies mittã vobis spm̃ paraclitũ ĩ terra. Et eritis michi testes in hierusalem iudea siue samaria. Et cum hoc dixisset vidẽtibus illis eleuatus est et nubes clara Suscepit eum ab eorũ oculis intuẽtibus illis ethera Ecce stetere amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicẽtes q̃d admiramini celorũ alta. Jesus eñi hic qui assũpt⁹ est a vobis ad p̃ris dexterã. Ut ascendit ita veniet q̃rens talẽti cõmissi lucra. O de⁹ celi maris arui hoĩem quẽ creasti quẽ fraude subdola hostis expulit paradiso et captiuatũ secũ traxit ad tartara. Sãguine proprio quẽ

quẽ redemisti deus. Illuc ꝛ prouehis vnde prius corruit paradisi gaudia. Iudex cũ veneris iudicare secula Da nobis petimus sẽpiterna gaudia i sã ctoꝝ patria. In qua tibi cãtem⁹ oẽs alleluya. Secundum marcum xvi.

Deus qui nos p beatos apostolos tuos symonē ⁊ iudam ad agnitionē tui nominis venire tribuisti: da nobis eorũ gloriã sempiternã et proficiēdo celebrare/ et celebrãdo proficere. Per. Ad romanos viii. ca.

Fratres: Scimus qm̃ diligētibus deũ/ omnia cooperantur in bonum: his qui scđm propositũ vocati sũt sctĩ. Nã quos presciuit: et predestinauit cõformes fieri ymaginis filij sui/ vt sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autē predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Quomodo nõ etiã cũ illo oĩa nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condēnet? Xps iesus qui mortuus est: imo qui et resurrexit/ qui est ad dexterã dei/ qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate xpi. Tribulatio an angustia/ an psecutio/ an fames/ an nuditas/ an piculũ/ an gladi⁹? Sicut scriptũ est Qr propter te mortificamur tota die: estimati sumus vt oues occisionis Sed in his omnibus superamus. propter eũ qui dilexit nos. Certus sum enĩ: quia neq₃ mors/ neq₃ vita/ neq₃ angeli/ neq₃ principatus/ neq₃ potestates/ neq₃ virtutes/ neq₃ instantia/ neq₃ futura/ neq₃ fortitudo/ neq₃ altitudo/ neq₃ profundum/ neq₃ creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est in xpo iesu: domino nr̃o. gr Nimis ho. Allã. v Non vos ine. Sequentia de cõmuni. Euãgelium Hec mando vobis. Credo. Offer In omnem terram. ¶ Secreta.

Gloriam dñe sanctorũ aplorũ tuorum symonis et iude perpetuam venerãtes q̃sum⁹: vt eandē

sacris mysterijs expiati/dignius cele
bremus. Per d. Prefa. Et te domine
Cõio. Vos qui secuti estis. Postcõio.

Sanctificato dino misterio q̄s omnipotẽs de⁹: vt pro nobis eoꝝ non desit oratio: quoꝝ nos donasti patrocinio gubernari. Per dñm.

In vigilia oim sanctoꝝ. Ad missam. Offm. Timete dominũ. Oro.

Domine deus noster multiplica super nos gratiã tuã: ꝛ sanctoꝝ tuoꝝ quoꝝ preuenimus gloriosa solennia/tribue subsequi in sancta profectione leticiam. per dñm. Nulla fiat memoria. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apli. v. Capitulo

In diebus illis: Ego iohannes vidi in medio throni ꝛ quattuor animaliũ et i medio senioꝝ agnũ stantẽ quasi occisũ: habẽtẽ cornua septẽ et oculos septẽ / qui sũt septẽ spiritus dei missi in oẽm terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum: quattuor aĩalia ꝛ vigintiquattuor seniores ceciderũt corã agno habentes singuli cytharas ꝛ phialas aureas plenas odoramentorũ / que sũt oratiões sanctoꝝ. Et cantabant canticum nouũ: dicẽtes. Dign⁹ es dñe deus noster accipere librum et aperire signacula eius: quoniã occis⁹ es ꝛ redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et pplo ꝛ natiõe. Et fecisti nos deo nostro regnũ ꝛ sacerdotes: et regnabunt super terrã. Et vidi et audiui vocẽ angelorum multorũ in circuitu throni ꝛ aĩaliũ et seniorum: ꝛ erat numer⁹ eoꝝ milia miliũ voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutẽ et diuinitatẽ et sapientiam et fortitudinem ꝛ honorẽ ꝛ gliam et bñdictionẽ: in secula seculorũ amen. Grꝫ.

Exultabunt. Si hec vig. i dñica euenerit/dicitur missa de vig. i capi. cũ hoc Alla. v. Mirabilis. Et tunc ad magnã missam que erit de dñica/fiat memoria de sancto quintino cũ hac. oratio. Deus q̄ ecclesiã. Scdm iohãnẽ. xvii.

In illo tpe: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit Pater sãcte / serua eos in noĩe tuo quos dedisti michi: vt sit vnũ sicut et nos. Cũ essem cũ eis: ego seruabã eos in noĩe tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: ꝛ nemo ex eis periit. nisi filius perditionis/vt scriptura ipleatur. Nũc autẽ ad te venio/ꝛ hec loquor in mũdo vt habeant gaudium meũ impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuũ: et mund⁹ eos odio habuit / qꝛ nõ sũt de mundo sicut ꝛ ego nõ sũ de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo De mundo nõ sunt: sicut et ego non sum de mundo. Sãctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundũ: et ego misi eos in mundũ. Et pro eis ego sanctifico meipsũ: vt sint ꝛ ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis aũt rogo tãtum: sed et pro eis qui credituri sunt per verbũ illorum in me. Ut omnes vnũ sint sicut tu pater in me et ego i te: vt et ipsi in nobis vnũ sit. vt mundus credat quia tu me misisti Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnũ sicut ꝛ nos vnũ sum⁹ Ego in eis et tu in me: vt sint consũmati in vnũ. Et cognoscat mundus qꝛ tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi: volo vt vbi ego sum et illi sint mecũ/vt videant claritatẽ meã quã dedisti michi qꝛ dilexisti me ante mũdi cõstitutionẽ. Pater iuste/mũdus te nõ cognouit: ego autẽ te cognoui

Et hi cognouerũt qꝛ tu me misisti: ꝛ notũ feci eis nomẽ tuũ / ꝛ notum faciã. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in eis. offꝛ. Letamini. sec.

Ilare tuũ dñe munerib⁹ cumulamus oblatis da q̃sum⁹: vt ad salutẽ nostrã omniũ sanctoꝛũ tuoꝝ pꝛecatione pꝛoficiant / quoꝝ solennia ventura pꝛecurrimus. Per d. cõio. Iustoꝛum anime. postcõmunio.

Sacramentis domine et gaudiis optate celebꝛitatis expletis. q̃s vt eoꝛũ pꝛecibus adiuuemur / quoꝛũ recoꝛdationibus exhibẽtur. p.

De sancto quintino martyꝛe. oꝛ.

Deus qui ecclesiã tuam annua beati quintini martyꝛis tui solẽnitate letificas: concede pꝛopicius. vt qui memoꝛiã illius digna seruitute veneramur / intercessoꝛem eum sẽp apd̃ te habere mereamur. p. Sec.

In veneratione beati quintini martyꝛis tui oĩps deus tibi laudis hostiam immolam⁹: oꝛantes vt ipse pꝛo nobis intercessoꝛ existat: qui pꝛo tuo noĩe glorioꝛa moꝛte occubuit. Per dominum. Postcõmunio.

Percipiat q̃sum⁹ dñe plebs tua intercedente beato quintino martyꝛe tuo miam quam deposcit: vt tuis semper digna inueniatur sacramentis. Per dominũ.

In die omniũ sanctoꝝ. Ad missam. officiũ.

Gaudeamus oẽs ĩ domino diẽ festũ celebꝛantes sub honoꝛe omniũ sanctoꝛũ de quoꝝ solẽnitate gaudent angeli ꝛ collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gaudeamus omnes in domino. Oꝛatio.

Omnĩps sẽpiterne de⁹ qui nos omnium sanctoꝝ merita sub vna tribuisti celebꝛitate venerari: q̃s. vt desideratã nobis tue pꝛopiciationis abundantiã / multiplicatis intercessoꝛibus largiaris. Per dominũ nostrum. Lectio libꝛi apocalipsis beati iohannis apostoli. vij. cap.

Ecce ego iohannes vidi angelũ ascendentẽ ab oꝛtu solis: habentem signũ dei viui. Et clamauit voce magna quattuoꝛ ãgelis: quib⁹ datum est nocere terre ꝛ mari dicẽs. Nolite nocere terre et mari neqꝫ arboꝛibus: quoadusqꝫ signem⁹ seruos dei nostri ĩ frõtib⁹ eoꝛũ. Et audiui numerũ signatoꝝ cẽtũquadꝛagita quattuoꝛ milia signati ex omni tribu filioꝛum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu rubẽ: duodecim milia signati Ex tribu gad: duodeci milia signati. Ex tribu aser: duodeci milia signati. Ex tribu neptali: duodeci milia signati. Ex tribu manasse: duodeci milia signati. Ex tribu symeõ: duodeci milia signati Ex tribu leui: duodeci milia signati. Ex tribu ysachar duodeci milia signati. Ex tribu zabulõ: duodeci milia signati. Ex tribu ioseph duodeci milia signati Ex tribu beniami: duodeci milia signati. Post hec vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat: ex oĩb⁹ gẽtibus ꝛ tribub⁹ ꝛ pplis et linguis stãtes añ thꝛonũ et in conspectu agni / amicti stolis albis ꝛ palme ĩ manib⁹ eoꝝ. Et clamabãt voce magna dicẽtes Sal⁹ deo nr̃o: q̃ sedet sup thꝛonũ ꝛ agno. Et oẽs angeli stabant in circuitu thꝛoni ꝛ senioꝝ: ꝛ quattuoꝛ aĩaliũ. Et ceciderũt ĩ cõspectu thꝛoni in facies suas: et adoꝛauerũt deũ dicentes amen. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarũ actio: honoꝛ et virtus et foꝛtitudo deo nr̃o / ĩ secula seculoꝛũ amen. Gꝛ. Timete dñm. Allã

℣. Judicabūt scti natiões ⁊ dñiabūtur populis et regnabit illoꝝ rex i eternū. Seq̄.

Christo inclito candida nostra canāt melodia agmina. Laudes et omnibus dātia sāctis per hec sacrata festalia. Mariā primū vox sonet nostra per quā nobis vite sūt data premia. Regina q̄ es mater et casta solue nostra per filiū peccamina. Angeloꝝ concio sacra et archangeloꝝ turma inclita. Nostra diluāt iā peccata prestādo supera celi gaudia. Tu propheta preco lucerna atq; plus q̄ propheta. In lucida nos pone via mundans nostra corpora. Apostolorum princeps omniūq; atq; cūcta iuncta caterua. Jam corrobora vera q̄sumus in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilās in corona sctōꝝ q; martyꝝ turma inclita Fortia date corda corpora eque firma nr̄a vt hostē vincāt rite spicula. Martine inclite presulūq; oīs caterua. Suscipe nūc pia modo nostra clemens precata. Regina virginū permaxima tu mater incorrupta virgo et grauida. Sacrata dño et castitas nostras serua animas mundaq; corpora. Monachoꝝ veneranda suffragia. Omniūq; sanctoꝝ cōtubernia. Per p̄cata assidua nostra gubernent tp̄a. Nosq; ducāt ad superna poloꝝ vera gaudia. Subiūgant piū agmina. Amē redēpta. Euāge. Uidēs iesus turbas. Credo. Offꝫ. Mirabi. sec.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus: que et pro cūctoꝝ tibi grata sint honore sāctorū/ ⁊ nobis salutaria te miserāte reddantur. Per d. Prefatio quotidiana. Cōio. Gaudete. Postcommunio.

Da q̄sumus dñe fidelibus populis per huius sacramenti participationē omniū sanctoꝝ tuorū sēper veneratione letari: et eorū perpetua supplicatiōe muniri. Per dñm. In cōmemoratiōe animaꝝ. Officiū. Requiē eternā. Orꝫ. Fideliū deus omniū. Nulla fiat memoria ad hanc missā/ licet corpus presens affuerit. Epystola. Nolumus vos.

Et legatur in pulpito. qua lecta tres clerici de scda forma habitu non mutato ibidē dicāt grꝫ. Requiem. ℣. Aie eorum. Deīde sequatur trꝫ. De profūdis. cū eodē cantu quo in dnica lxx. ⁊ dca quattuor clericis de superiori gradu ad gradū chori habitu nō mutato ⁊ interim p̄cedat dyacon⁹ cū subdyacono ⁊ ceroferr. ⁊ thuribul. sine cruce ad pronūciādū euāgeliū Dixit martha ad iesum. Et legatur in pulpito more dñicali. Nō dicitur Credo. Offꝫ.

Domine deus qui primum hominem ad eternam gloriā reuocasti pastor bone qui ouē perditam pio humero ad ouile reportasti. iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorū quas redemisti Ne tradas bestiis animas cōfitentes tibi/ ne derelinquas eas in finem. Nō dicit. Hostias et preces. neq; ℣. Requiem eternam. Secreta. Hostias q̄s dñe. Cōio. Pro quorum memoria. Postcōio. Animab⁹ q̄s

Si hec cōmemoratio in dñica contigerit/ differatur in crastinū: ⁊ fiat totū seruitium de dñica et tunc fiat ipsa dominica memoria de martyrib⁹ eustachio sociisq; eius. Oratio.

Da nobis q̄s domine sanctorū martyrum tuorū eustachii sociorūq; eius intercessione leticiam ⁊ pacem. vt quorū gaudem⁹ triūphis: protegamur subsidiis. Per. Secreta

Assume q̄s omnipotens deus/ in honore sanctorum martyrum tuoꝝ eustachii sociorūq; eius hec tibi oblata libamina: quorum pia supplicatione placatus/ et prete-

ritorum veniam et futurorum nobis cautelam prebeas delictorum. Per. postcõio

Sumpsimus dñe diuina mysteria beatorum martyrum tuorum eustachii sociorumque eius merita venerantes. presta quesumus. vt eorum semper fideli muniamur auxilio / et magnifico proficiamus exemplo. Per do.

Quando cõmemoratio animarũ a dñica differtur: tunc feria tercia fiat seruitiũ de sancta Wenefreda. Sancte Wenefrede virginis et martyris Officium. Dilexisti. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatã Wenefredam virginitatis premia decorasti: fac nos que sumus eius pia intercessione mundi huius blandimẽta postponere: et cũ ipsa perennis glorie sedem obtinere. Per. Epystola. Domine deus meus Gradale. Dilexisti iusticiam. Alleluya. ℣. Ueni electa mea. Sequentia.

Uirgo vnãs velut rosa agni sponsa speciosa christi martyr preciosa: Wenefreda floruit. Ex britãnis oriũda fide firma spe iocũda actu sancta mente munda mũdi mẽda caruit. Hanc occidit karodocus: quem mox sorbet orci focus qui prauorum extat locus / quo sathan exuritur. Huius argumento rei fons ebullit nutu dei rubricate speciei quo caput preciditur. Mira multa hic patrantur / ceci vident muti fãtur morbi oẽs effugãtur cũ fide petentium. Gl'iosa Wenefreda maris nobis fluctus seda ne fiamus hosti preda / fer pia presidium. euangelium. Simile est regnum celorum thesauro abscõ. offer. Offerentur. minor. Secreta.

Oblata qs dñe munera tue maiestatis virtute sanctifica: et beate virginis tue Wenefrede meritis salutaria nobis esse concede. Per.

Cõmunio. Diffusa. Postcõmunio.

Perceptis domine sacramentis te suppliciter imploramus que in veneratione beate Wenefrede virginis et martyris tue deuotione tibi obtulimus / gaudia nobis cõferant sempiterna. Per dominum.

Sancti leonardi abbatis. officiũ. Os iusti meditabitur. Oratio.

Preces nostras qs dñe celesti dono prosequere. vt qui de beati leonardi confessoris tui atque abbatis patrociniis gloriamur: eius meritis atque suffragiis apud te sẽper adiuuari mereamur. p. epystola. Iustus cor suũ. gr. Os iusti. Allã. ℣. Posui adiutorium. seq. Adest nobis. euãgelium. Nemo accẽdit. offer. Ueritas. secreta.

Suscipe dñe munera tue pietati humiliter immolanda et cõcede. vt nobis sancti leonardi confessoris tui atque abbatis itercessiõe fiãt salutaria: cuius natalicijs ea tibi speramus accepta. Per dominũ. Cõio. Fidelis seruus. Postcommunio.

Purificet nos dñe qs tui perceptio sacramenti: et que pro beati leonardi cõfessoris tui atque abbatis veneranda solennitate gerimus: eius nobis patrocinãtibus meritis / ad indulgentiam prosint eternam. Per dominũ. Sanctorũ quattuor coronatorum martyrum. officiũ. Intret in conspectu tuo. Oratio

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui gloriosos martyres tuos claudiũ / nicostratum / symphorianũ / castoriũ atque simplicium fortes in sua confessiõe cognouimus: pios apud te in nr̃a intercessione sẽtiamus. Per d. epystola. Iustorum aĩe. gr. Uindica dñe. Allã. ℣. Mirabilis dñs. euangelium. Cum audieritis. offertorium. Exultabunt. Secreta.

Benedictio tua q̃s domine larga descẽdat. que ꝛ munera nostra deprecantibus sanctis martyribus tuis claudio / nichostrato / simphoriano / castorio / atqꝫ simplicio tibi reddat accepta: et nobis sacramẽtum redemptionis efficiat. Per do. Cõio. Posuerunt. Postcommunio.

Celestibus refecti sacramẽtis et gaudiis supplices te domine deprecamur. vt quoꝝ gaudemus triũphis: protegamur auxiliis. Per dñm. Sancti theodori martyris. Officiũ. In virtute tua. Oratio.

Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circũdas et protegis: presta nobis eius imitatione proficere: et oratione fulciri. Per do. Epystola. Beatus vir qui in sapiẽtia. gr. Beatus vir. Alleluya. ℣. Justus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur. Euangelium. Si quis vult post me. Offertorium. Gloria et honore. Secreta.

Muneribus oblatis dñe beati theodori martyris tui festa venerantes / quesumus. vt qui conscientie nostre prepedimur obstaculis: illius meritis reddamur accepti. Per do. Cõio. Magna est. Postcõio.

Sancta tua nos dñe sũpta purificent. et intercedẽte beato theodoro martyre tuo: ad perpetue beatitudinis consortiũ introducãt. Per do. Scti martini epi et cõfessoris. officium. Statuit ei. oratio.

Deus qui conspicis qꝛ ex nulla nostra virtute subsistimꝰ: concede propiciꝰ. vt intercessiõe bti martini confessoris tui atqꝫ pontificis / cõtra oia aduersa muniamur. Per do. Memoria de sãcto mẽna marty. or.

Presta q̃sumꝰ omps deꝰ vt qui beati mẽne martyris tui natalicia colimus: intercessiõe eius in tui nois amore roboremur. p. Epla. Ecce sacerdos. gr. Dñe preuenisti. Allã. ℣. Hic martinus pauper et modicus celũ diues ingreditur hymnis celestibus honoratur. Seq. Sacerdotẽ xpi. require i trãslatione eiusdem. euãg. Homo quidam peregre. Offertorium. Veritas mea. Secre

Deus qui oĩne bonũ i tui sacri corporis mysterio contineri voluisti: cõcede propiciꝰ. vt hoc munus qd in bti martini confessoris tui atqꝫ pontificis veneratione tibi offerimus: ipso intercedente nobis proficere sẽtiamus. Qui vi. Alia secreta

Sacrificia ista tibi vero eterno qꝫ põtifici oblata dñe tu sãctifica: et interueniẽte btõ menna martyre tuo / ita nos fac q̃s hec tractare mysteria: vt ipsi tibi tẽplum ꝛ hostia placabilis esse mereamur. Qui viuis ꝛ re. cõio. Beatus seruꝰ. postcõmunio

Auxiliare q̃s dñe populo tuo vt sacramentoꝝ tuoꝝ virtute proficiẽs. intercedente btõ martino cõfessore tuo atqꝫ pontifice. ꝛ tuo semp munere gubernetur / ꝛ ad redẽptionis eterne pertingat te ducẽte consortium. Per do. Alia postcõio.

Hoc in nobis q̃s dñe gratia tua semp exerceat / vt diuinis instauret corda nostra mysteriis: ꝛ beati mẽne martyris tui festiuitate letificet. p. Quotidie per octa. dr̃ eadem missa / sed sine seq. nisi festũ occurrat et nisi in dñica / vel qñ dicitur de sancta maria / vel missa Salus populi. restat cantanda. Scti brictii epi ꝛ confes. officiũ. Sacerdotes dei. oro.

Conserua q̃s dñe populũ tuũ intercessione beati brictii cõfessoris tui atqꝫ pontificis in tuo amore confisũ: vt mereamur ipso intercedẽte consortes fieri celestium gau

diorū.p. Memoria de sctō martino. epla. Iustū deduxit. gr. Ecce sacerdos Allā. ℣. Amauit eū. Si dñica fuerit dicitur seq̄. de cōi. euāgeliū. Homo quidam nobi. offr. Inueni dauid. secreta.

Sancti bricti cōfessoris tui atq; pōtificis dñe q̄s annua solēnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia/seculi presentis miserias euadamus: et gratie tue bñficia consequamur. p. cōio. Fidelis seruus. postcōio.

Mysteriis refecti diuinis dñe deus noster q̄s vt bti bricti cōfessoris tui atq; pōtificis vbiq; intercessione nos protegas: in cui⁹ annua veneratione hec tibi obtulim⁹ sacramenta. p. Infra dyocesim lōdoñ. trāsl. sci erkēwaldi epi ⁊ cōfes. oia fiāt sicut in cōi. Scti machuti epi ⁊ cōfessoris. officiū. Statuit ei. oratio.

Omnipotens sēpiterne de⁹ populi tui preces exaudi: q̄ btm̄ machutū cōfessorē tuū atq; pōtificem virtutis grā decorasti: et eum in celesti glia suscepisti. p. Mēo. de sctō martino. epystola. Ecce sacerdos. gr. Inueni dauid Allā. ℣. Iustus ger. Seq̄. de cōi. euāg. Hō quidā no. offr. Ueritas. Secreta.

Oblationes nostras q̄s dñe propiciatus intende/quas tibi in honore beati machuti cōfessoris tui atq; pontificis consecrandas deferimus precantes: vt ipsius meritis et intercessione peccatorum omniū q̄ negligenter gessimus: te propiciātē veniā consequi mereamur. Per dñm. Cōio Beatus seruus. postcōmunio.

Uos donis celestibus domine satiasti: sancti machuti cōfessoris tui atq; pontificis benignus attolle presidiis: vt a noxiis omnib⁹ expediti: post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum nostrū

Scti edmūdi archiepyscopi. offi. Gaudeamus oēs in dño diē festū celebrātes sub honore edmūdi presulis de cui⁹ solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Exaudi deus orationem meam cū deprecor. a timore inimici eripe animam meam. oratio.

Deus qui largiflue bonitatis cōsilio ecclesiā tuam beati edmundi cōfessoris tui atq; pōtificis p̄clare vite meritis decorasti: et gloriosis letificasti miraculis/cōcede nobis famulis tuis. vt et ipsius in meli⁹ reformemur exēplis: et ab oībus ei⁹ patrocinio protegamur aduersis. Per do. Mēo. de sctō martino. Epystola Ecce sacerdos magnus qui in vita. gr. Dñe preuenisti. Allā. ℣. Hic edmūdus pauper et modicus celū diues ingreditur/ hymnis celestibus honoratur. seq̄. de cōi scilicet Alma chorus. euā. Hō q̄dā peregre. offertoriū. Ueritas mea. secreta.

Beati edmūdi cōfessoris tui atq; pontificis q̄s dñe precibus munera tibi offerenda cōplaceāt: et oblata nobis proficiant ad salutem. p do. cō Beatus seruus. postcōmunio

Mentes nostras q̄s dñe susceptis robora sacramentis. vt sicut eas bti edmundi cōfessoris tui atq; pōtificis nouis cōfortare miraculis dignat⁹ es: sic etiā adiuuare suffragiis et illustrare digneris exemplis. p d̄. Sancti hugonis epi ⁊ cōfessoris. officium. Statuit ei. oratio.

Deus qui beatū hugonē cōfessorē tuū atq; pōtificē eminentia meritorū et claritate signorū excellēter ornasti: cōcede propicius. vt ei⁹ exēpla nos puocēt/⁊ virtutes illustrēt. p. Mēo. de sancto aniano. orō.

Deus q̄ sanctā nobis hui⁹ diei celebritatē pro beati aniani

confessoris tui atque pontificis solenni tate tribuisti: adesto familie tue precibus. et da vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per do. Epystola Dilectus deo. Grad. Domine preuenisti. Alleluya. ℣. Iustus germi. Sequentia de communi. Euangelium. Videte vigilate. offer. Veritas mea. ¶ Secreta.

Oblata tibi munera quesumus domine beatus hugo confessor tuus et pontifex prosequatur. vt meritis eius adiuti: per ea gratiam et gloriam consequamur. Per. ¶ Alia secreta.

Preces nostras quesumus domine propiciatus admitte. et dicatum tibi sacrificium beati aniani confessoris tui atque pontificis commendet oratio. Per. Co. Beatus seruus. Postc.

Nostre seruitutis obsequia quesumus domine deus beatus hugo confessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramenti celestis effectum reatus noster a nobis excludat. p d. Alia postc.

Omnipotens et misericors deus qui nos sacramentorum tuorum participes efficis ac ministros: presta quesumus. vt intercedente beato aniano confessore tuo atque pontifice: et fidei proficiamus augmento / et beatitudinis eius iungamur consortio. p. ¶ In octa. scti martini. Officium. Statuit ei. oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt beati martini confessoris tui atque pontificis frequentata solennitas: ad perpetuam populo tuo proficiat salutem: et quem sepius veneramur in terris: semper habeamus patronum in celis. p. Cetera omnia sicut in prima die. nulla tamen dicatur sequentia. ¶ Secreta.

Hec oblatio quesumus domine quam iterata sancti martini confessoris tui atque pontificis festiuitate offerimus tue maiestati prosit nobis ad indulgentiam: vt per eam a nostris liberemur peccatis / et sacris altaribus stare digni efficiamur. Per. postcommunio.

Sacramenta quesumus domine que sumpsimus beato martino confessore tuo atque pontifice intercedente: ab omni nos aduersitate defendant / et prosperitate perpetua tibi soli seruire concedant. p.

Si iste octa. in dominica vel in sabbato contigerint: fiat de eis memo. ad missam. atque missa in cap. ¶ Scti edmundi regis et mar. offi. Gloria et hono. or.

Deus ineffabilis misericordie qui beatissimum regem edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo vincere: concede propicius familie tue. vt eo interueniente mereatur in se antiqui hostis incitamenta superando extinguere. p. epla. Beatus vir qui inuenit. gr. Posuisti dne. Alla. ℣. Letabitur iustus. Sequentia de com. Eua. Si quis venit ad me. offer. Gloria et honore. Secreta.

Hoc sacrificium redemptionis nostre quesumus omnipotens deus clementer respice: et intercedente beato edmundo rege et martyre tuo pro hac familia tua placatus assume. p. Co. Magna est. pc.

Sint tibi omnipotens deus grata nostre seruitutis obsequia: et hec sancta que sumpsimus intercedente beato edmundo rege et martyre tuo: prosint nobis ad capescenda premia vite perpetue. p. ¶ Sancte cecilie virginis et martyris. officium. Loquebar. oratio.

Deus qui nos annua beate cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. p. epla. Domine deus meus. gr. Audi filia. Alla. ℣. Veni electa. seq. de com. Eua. Simile est re. ce. the. offer. Offerentur. minor. Secreta.

Presta quesumus misericors deus / vt sicut diuina offerimus in sancte

cecilie virginis tue et martyris soléni tate sacramenta: sic indulgentie tue largitaté/piis eius precibus assequamur. p d. Cõio. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt i me: ego aût in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcõio.

Sacramentorũ tuorũ dñe participes effecti iploramus clementiã tuã: vt btẽ cecilie virginis et martyris interuentu / pctõrũ nrõrũ veniam cõsequi mereamur. p. Sãcti clementis p et mar. Officiũ.

Dicit domin⁹ sermões mei quos dedi in os tuum non deficient i ore tuo: adest ei nomen tuum et munera tua accepta erunt sup altare meũ. ps. Dñe exaudi orõnẽ meã: et clamor me⁹ ad te veniat. orõ

Deus qui nos ãnua bti clemẽtis martyris tui atq põtificis solennitate letificas: cõcede ppicius vt cui⁹ natalicia colim⁹: virtutẽ quoq passionis imitemur. Per dominũ. Mẽo. de sãcta felicitate virgine. orõ.

Presta qs oĩpotẽs de⁹ vt beate felicitatis martyris tue solennia recensentes: meritis ipi⁹ ptegamur et precibus. p. Ad philippẽses iiij

Fratres: Rogo vos charissimi et desideratissimi: gaudiũ meũ et corona mea/sic state in domino charissimi. Rogo euchodiam et synthicẽ deprecor: idipsum sapere in domino. Etiã rogo te germane cõpar adiuua eos: qui mecum laborauerunt in euangelio cũ clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorũ nomina sunt: in libro vite. Gradale. Iurauit. Allã. ℣ Iste sanctus digne in memoriam vertitur hominum qui ad gaudium transiit angelorum. sequentia de communi. Euangelium. Homo quidam nobilis. offertoriũ. Inueni. Secreta.

Pro passione beati clementis martyris tui atq pontificis gratanter tibi dñe munus offerim⁹: quia sicut eum sentimus in teviu ere gloriosum: sic pro nobis interuenire confidimus. Per. Alia secreta.

Munera tibi dñe pro sancte felicitatis gloriosã solennitatẽ deferimus obsecrãtes: vt que nobis huius celebritatis effectũ et cõfessione dedicauit et sanguine/miserationis tue continuũ imploret auxilium Cõmunio. Beatus seruus. Postcõio.

Purificent nos domine quesumus et diuini perceptio sacramenti et gloriosa deprecatio beati clementis martyris tui atq pontificis. Per dominum. Alia postcõmunio.

Hec domine sacramenta sumẽtes quesumus: vt intercedente btã felicitate martyre tua vite eterne i nobis nutriãt alimẽta. Scti grisogoni mar. Offiũ Glia et hono. orõ.

Adesto domine supplicationib⁹ nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos eẽ cognoscim⁹: beati grisogoni martyris tui itercessione liberemur. p d. eplã. Btũs hõ q̃ inuenit. req̃re in vigil. vni⁹ apli. gr. Posuisti dñe. Allã. ℣. Beatus vir qui suffert. euangeliũ. Qui vos audit. offertorium. Gloria et honore. Secreta.

Munera nostra quesumus domine sereno intuitu suscipe. vt itercedẽte beato grisogono martyre tuo/criminũ nostrorũ contagia cuncta expurgent. Per. Cõmunio. Posuisti domine. Postcommunio.

Annue quesumus domine vt mysteriis tuis recreati: sancti quoq grisogoni martyris tui muniamur semper auxiliis. Per dominum. Sancte katherine virginis et martyris. Ad missam. Officium.



Me expectauerūt peccatores vt perderent me testimonia tua intellexi: omnis consummationis vidi finē latū mandatū tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui corpus gloriose virginis tue katherine in monte synai ab angelis deferri iussisti: cōcede q̄s. eius obtētu nos ad arcē virtutū prouehi: vbi visiōis tue claritatem mereamur intueri. Per.

Epystola. Cōfitebor tibi dn̄e rex. Gr. Specie tua. Allā. V. Loq̄bar. Sequētia.

Odas hac in die letas: christo canit oīs etas corde voce fidelib⁹ Omnē spectat ad etatē katherine dignitatē cumulare laudibus. Hec est illa costi nata: cuius ortu decorata decoratur grecia. Hec est que mnā sibi datā: christo reddit decuplatam oris eloquentia. Scolis vacans artes discens altiora concupiscēs studet euāgelio. Duo legēs testamēta: vite videt alimenta christū in presepio. Cibo dulci refouetur: quo plus gustat plus augetur sanctū desideriū. Cibo conformatur isti se configens cruci christi currit ad martyriū. Rex hinc terret hinc blanditur: hec non timet nec lenitur premētis constantia. Hic terrores vt fauille: hinc res serui vel ancille spernūtur vt vilia. Sapientes superantur: credunt xp̄o flamis dātur sed non perit fimbria. Carceratur virgo cesa visitatur tit illesa superum presentia. Quam regina dn̄i solatur ad certamē iuitatur fauet ouās coronatur certat die tercia. A colūba dn̄i cibatur virgo rota fabricatur orat nexus dissipatur sternitur plebs impia. Tot triumphans i tormētis ad superna cū ducentis premittit porphiriū. Impetrato quicquid orat ferit lictor lac irrorat ferientis gladiū. Corpus celitus sublatū est et in synatumulatū tūba manat oleū. Syna signis illustratur: celum sibi gliatur: addi sydus aureum. Virgo sydus honestatis dux et decus probitatis xp̄i reos maiestatis xp̄o reconsilia Vas virtutū via morum: flos odoris odor florum: nos tuere nos celorū trāsfer ad palatia. Euangelium. Simile est regnū celorū thesauro abscondito. Offertoriū. Filie regū in honorē. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e propici⁹ oblationes tuorū fideliū quos tibi in honore beate katherine virginis tue et martyris hodierna solennitate letanter offerimus: sicq̄ nobis ipsa intercedente per hoc sacrificiū huius vite clementer eripias: et a peccatis omnibus miseratus absoluas. P̄ D. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas iuenta vna p̄ciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcōmunio.

Da q̄s domine per hec sancta q̄ sumpsimus populo tuo salutem mentis et corporis: et intercedente beata katherina virgine tua et martyre / in cuius honore letamur perpetuis consolationibus tuorum reple corda fidelium: vt diuina protectione releuati: et pia tibi deuotione complaceant: et tua semper beneficia consequantur. Per dominum.

Scti lini p et martyris. Offiū Sacerdotes tui. Oratio de cōmuni vnius martyris et pontificis. Epl'a. Oīs pōtifex. Gr. Inueni dauid. Allā. V. Elegit te. Euangelium Homo quidam nobilis. Offertorium Inueni dauid. Communio. Btūs seruus.



Incipit cõmune sanctorum. In vigilia vni' apostoli siue euangeliste. Ad missam. Officiũ

Ego autẽ sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in mĩa dei mei et expectabo nomen tuũ quoniã bonũ est ante cõspectũ sanctorũ tuorum. ps. Quid gloriaris in malicia: q potẽs es in iniquitate. Orõ.

Quesumus omnipotẽs deus: vt nr̃a deuotio q natalicia bti. N. apostoli tui antecedit: patrocinia nobis intercessione eius accumulet. Per do. Lectõ libri sapiẽtie. Ecclastici. xlv. cap.

Benedictio domini sup caput iusti: ideo dedit illi hereditatẽ/ et diuisit illi partẽ i tribubus duodeci/ et iuenit gratiã in ɔ̄spectu ois carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorũ:

et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eū i cōspectu regum: et ōndit illi gliam suaꝫ. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit illum: et elegit eum ex oī carne. Et dedit illi cor ad ꝑcepta et legem vite et discipline: ⁊ excelsum fecit illum. Statuit ei testamētum eternū: ⁊ circūcinxit eū zona iusticie. Et induit eum dn̄s: corona glorie. Lctō libri sap. Prouer. iij. cap.

Beatus hō q̄ inuenit sapiētiā: ⁊ qui affluit prudētia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti ⁊ auri: primi ⁊ purissimi fruct⁹ eius. Preciosior est cunctis opibus: et oīa que desiderantur huic non valent comparari. Lōgitudo dierū i dextera ei⁹: ⁊ i sinistra ei⁹ diuitie et glia. Vie eius vie pulchre: et oēs semite illius pacifice. Lignū vite est his q̄ apprehēderit eā: ⁊ q̄ tenuerit eā beatus. Dn̄s sapientia fundauit terram: stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illi⁹ eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt. Gr. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dn̄i. V. Ad annunciādum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. Si dn̄ica fuerit dicitur vnum allā. de cōi aplorum in oīb⁹ ꝑprijs missis de vigi. vni⁹ apli. si do. fuerit mis. dicit i caplo cū vno allā. Scdm iohēm. xv.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: ⁊ pater meus agricola est. Omnē palmitē in me nō ferentē fructū: tollet eum. Et oēm q̄ fert fructū purgabit eum: vt fructū pl⁹ afferat. Jam vos mundi estis: ꝑpter sermonē quē locut⁹ sum vobis. Manete i me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me māseritis. Ego sū vitis: vos palmites Qui manet i me et ego in eo hic fert fructū multū: q2 sine me nichil potestis facere. Si quis in me nō manserit: mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet. Et colligēt eum: ⁊ i ignē mittēt ⁊ ardet. Si māseritis i me ⁊ verba mea i vobis māserit: qd̄cūq3 volueritis petetis ⁊ fiet vobis. Se. ioha. xv.

In illo tp̄e: Dixit ies⁹ discipulis suis. Ego sū vitis: vos palmites Qui manet i me ⁊ ego i eo hic fert fructū multū: q2 sine me nichil potestis facere Si q̄s i me non manserit: mittet foras sicut palmes et arescet. Et colligēt eū: ⁊ i ignē mittēt ⁊ ardet Si māseritis i me ⁊ vba mea in vobis māserit: qd̄cūq3 volueritis petetis ⁊ fiet vobis. Offr. Gliā ⁊ honore coronasti eū ⁊ ꝯstituisti eū super opa manuū tuaꝝ dn̄e.

Accepta sit tibi dn̄e Secr. nr̄e deuotionis oblatio: ⁊ ad apostolicā puriores nos faciat viuere festiuitatē. P d. Pref. quotid. Cōio. Magna est glia eius i salutari tuo: gliam ⁊ magnū decorē ipones sup eū dn̄e. Postc.

Presta nobis eterne largitor ei⁹ vbiq3 pia protegi oratiōe: cui⁹ natalicia per hec sācta q̄ sumpsimus: votiuo preuenimus obsequio. Per. In die vnius apli. Officium.

Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus/ nimis cōfortat⁹ est ꝑncipatus eoꝝ. In tē. pal. allā. ꝓ. Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionē meam. Oratio

Exaudi dn̄e pplm tuū cum sctī apostoli tui. N. patrocinio supplicātem: vt tuo semper auxilio munitus: secura tibi possit deuotiōe seruire. Per dominum. Ad ephesios. ij.

Fratres: Jam nō estis hospites et aduene: sed estis ciues sctōꝝ ⁊ domestici dei superedificati

sup fūdamētū aploꝝ ꝛ ꝓphetaꝝ ipso summo angulari lapide xp̄o iesu. In quo oīs edificatio constructa crescit in tēplū sctm̄ in dn̄o. In quo et vos coedificamini in habitaculum dei: in spiritu sancto. Lctō actuū aploꝝ. v.

In diebus illis: Per man⁹ apostoloꝝ fiebāt signa ꝛ prodigia multa in plebe: et erant vnanimiter oēs in porticu salomonis. Ceteroꝝ̄ autē nemo audebat cōiūgere se illis: sed magis magnificabat eos popul⁹ Magis aūt augebat credētiū in dn̄o multitudo viroꝝ̄ ac mulierū ita vt in plateis eiicerent īfirmos et ponerēt in lectulis ꝛ grabatis / vt veniēte petro / saltem vmbra illi⁹ obūbraret quēq̄ illoꝝ ꝛ liberarētur ab infirmitatibus suis. Cōcurrebat aūt ꝛ multitudo vicinaꝝ ciuitatū in hierl'm: affe rētes egros ꝛ vexatos a spiritib⁹ imūdis qui oēs curabātur. Et cōuocātes aplos cesis denūciauerūt ne oīno loquerētur in noīe iesu: et dimiserunt eos. Et illi quidē ibāt gaudētes a conspectu cōsilij: qm̄ digni habiti sūt pro noīe iesu cōtumeliā pati. Omni aūt die ī tēplo ꝛ circa domos nō cessabāt docētes ꝛ euāgelizātes: dn̄m iesū xp̄m Gr. Nimis honorati sūt amici tui de⁹ / nimis confortatus est principatus eoꝝ̄. V. Dinumerabo eos ꝛ sup arenā multiplicabunt. Gr. In oēm terrā exiuit son⁹ eoꝝ̄ et in fines orbis terre verba eoꝝ. V. Celi enarrāt gl'iam dei: ꝛ opa manuū ei⁹ ānūciat firmamētū. Gr. Cōstitues eos principes sup omnē terrā / meōres erunt noīs tui dn̄e. V. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filii ꝓpterea ppl'i cōfitebuntur tibi. Allā. V. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ̄. Allā. V. In omnem terrā exiuit son⁹ eoꝝ et in fines orbis terre verba eoꝝ. Allā. V. Per manus autē apl'orū fiebant signa et ꝓdigia multa in plebe. Allā. V. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Infra. lxx. Tractus. Beatus vir qui timet dn̄m in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius gn̄atio rectoꝝ benedicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Seq̄.

Clare sctōꝝ senatus apostolorū princeps orbis terrarū rectoꝝ regnoꝝ. Eccl'iarū mores et vitā moderare. Que p doctrinā tuā fideles sūt vbiq̄. Anthioc⁹ ꝛ remus cōcedūt tibi petre regni soliū. Tirānidē tu paule alexādrinā iuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere Qui maculas nesciat aliquas vestisti cādido Thoma bartholomee iohānes / philippe symō Jacobiq̄ pariles andrea thadee dei. Bellatores incliti. En vos oriēs et occidēs Immo teres mūdi circulus. Se patres habere gaudent ꝛ expectant iudices. Et idcirco mundus omnis laudes vobis et honorem sanctis debitum supplex impendit. Sequentia.

Alleluya nūc decātet vniuersalis ecclesia. Extollendo laude celsa aploꝝ preconia. Quoꝝ princeps per crucē scādit petrus alta poli culmina. Doctor orbis triūphat sub nerone vrbe ī romulea. Crux andree digna cōfert p̄mia. Jacob⁹ vterq̄ nitet laurea. Egeas illum hos iudaica gens trāsmisit ad ethera. Sunt matheo sunt iohanni collata Duo clara grāꝝ munera. Hirtacus illum necat: hūc suas iesus vocat ad epulas. Philippus xp̄i gr̄a docēs predicās in scithia. Thomas confossus lācea cursū consūmat in india. Symon ꝛ iudas dū sacra persis ostēdūt monita. Fusus sāguis ambos stola perlustrauit purpurea. Bartholomeus dat indis

vite dogmata. Mathie culmē dedit sors apostolica. Plaudat ergo tellus plaudat celorū curia Et hac die sacra plaudat presens familia. Honorāda sacrosancta apostolorū merita Hi sūt cādelabra ante deū lucētia. Hi prelati celsa sūmi regis in curia. Hi sal terre hi lux mundi hi clara celi luia. Iā palma iā corona iā pmissa olim mensa illis est apposita O q̄ta q̄ preclara iā iocunda celebrantur illorū solennia. His nostra sint solennia. Sint vota sint preconia. Sint grata laudum carmina. Secundum iohannem. xv

In illo tēpore Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mūdus vos odit: scitote q2 me priorē vobis odio habuit Si de mūdo fuissetis: mūdus quod suū erat diligeret. Quia vero de mundo nō estis: sed ego elegi vos de mūdo/ ppterea odit vos mūdus. Mementote sermonis mei: quē ego dixi vobis. Nō est seruus maior dn̄o suo. Si me psecuti sūt: et vos psequētur. Si sermonē meū seruauerūt: et vestrū seruabūt. Sed hec oīa facient vobis ppter nomen meū: q2 nesciūt eū qui misit me. Si nō venissem et locutus fuissem eis: pctm̄ nō haberent Nunc aūt excusationē nō habent: de pctō suo. Qui me odit: et patrē meū odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo ali9 fecit pctm̄ non haberent. Nūc aūt et viderūt et oderunt: et me et patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum script9 est: quia odio habuerunt me gratis. Secundum matheum. x. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Caue te autem ab hoibus. Tradent enim vos in consiliis et in synagogis suis flagellabunt vos: et ad presides et reges ducemini ppter me in testimoniū illis et gentibus. Cū aūt tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Nō eni vos estis q̄ loquimini: sed spūs p̄ris vr̄i q̄ loqt̄ur in vobis. Tradet aūt frater fratrē in mortē: et pater filiū/ et exurgēt filii in parentes/ et morte eos afficiēt Et eritis odio oib9 hoibus: ppt nomē meū Qui aūt perseuerauerit vsq3 in finē: hic saluus erit. Offr. In oēm terrā exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorū. Offr. Cōstitues eos principes sup oēm terrā meōres erūt nois tui i oi pgenie et gn̄atione. Offr. Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui de9 nimis cōfortatus est principat9 eorū. In tp̄e pas. allā. Sec.

Beati apl̄i tui N. dn̄e solennia recensentes: q̄s. vt ei9 auxilio tua beneficia capiamus pro quo tibi hostias laudis offerimus. p. Prefat. Et te do. Cō. Vos q̄ secuti estis me sedebitis sup sedes iudicātes duodecim tribus isrl̄ dicit dn̄s. In t. pas. allā allā. P9cō.

Vere nos misericors deus per hec sācta que sūpsimus: et beati apostoli tui N. cuius natalicia celebramus: semper guberna presidiis. Per dn̄m. In natali vnius euangeliste. Ad missam. Officium.

Os iusti meditabitur sapiētiam: et lingua eius loquetur iudicium/ lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Interueniat pro nobis dn̄e q̄s sāctus tuus N. euāgelista qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nois honore portauit. Per d. Lcō ezechielis pphete. i. c.

Similitudo vultus quattuor aialium: facies hois et facies leonis a dextris ipsorum quattuor: Facies autē bouis: a sinistris ipsorū quattuor. Et facies aquile: desup ipsorum quattuor. Et facies eorū z pēne eorū extende desup. Due pēne singulorū iūgebantur: et due tegebant corpora eorū. Et vnūquodq eorz: corā facie sua ābulabat. Ubi erat impetus spūs illuc gradiebantur: et nō reuertebant cū ambularent. Et similitudo aialiū et aspectus eorz quasi carbonū ignis ardentiū/ z quasi aspect lāpadarū. Hec erat visio discurrēs in medio aialiū. Splendor ignis: et de igne fulgur egrediēs. Et aialia ibant et reuertebantur: in similitudinē fulguris chorusantis. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam / et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius / et nō supplantabuntur gressus ei. Allā. V. Primus ad syon dicet / ecce assum / et hierusalem euangelistam dabo. Seq.

Laus deuota mente choro cōcinente christo sit cū gloria. Qui euangelistas veri dogmatistas insigniuit gratia. Quiq suo more lucem ex fulgore dat per orbis climata Tales dñ elegit per quos iā subegit hereses et scismata. His bis bini fontes valles atq mōtes irrigantes flumine. Orti paradiso mūdū indiuiso illustrantes famine. Illos per bis bina visio diuina signat aialia. A quibusdā visa formis tunc diuisa gestu sed equalia. Pennis decorata terris eleuata cum rotis euntia. Facie serena oculorum plena verbi dei nuncia In his possunt cerni anuli quaterni quibus archa vehitur. Quor dogma sanū p samaritanū circūquaq serit. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonē adiit In hac ceu quadriga agnus est auriga qui pro nobis obiit Istis i bis binis caput est et finis xps cōplens oia. Horum documentis horū istrumētis florēs stat ecclia. Horz nos pcatu mortis a reatu soluat xpi gra. Horz vt doctrina virt nos diuina ducat ad celestia. Scdm lucā. x. ca.

In illo tpe: Designauit dñs et alios septuaginta duos: et misit illos binos āte faciē suā i oēm ciuitatē z locū quo erat ipse vētur Et dicebat illis Messis qdē multa: operarii autē pauci. Rogate ergo dñz messis: vt mittat operarios i messē suā Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculū/ neq perā neq calciamēta: et neminē p viā salutaueritis. In quācūq domū itraueritis primū dicite / pax huic domui Et si ibi fuerit fili pacis: reqescet sup illū pax vestra Sinaūt ad vos reuertet. In eadem aūt domo manete: edentes z bibētes que apud illos sūt. Dign est eni operarius: mercede sua. Credo. In tpe pasc. Euāg. Ego sum vitis va. re. s fo. clxxiiii. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso / vitā petiit a te et tribuisti ei allelupa Et finiat cū allā. qñcūq dr extra tpr. pfat. Et te do. Non dicit in hac pfat. Per btōs euangelistas. sed Per beatos aplos. Cōio. Magna est. vts. fo. clxxviii. In natali vni mar. Offi.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit plātat in domo dñi in atriis dom dei nri. Ps. Bonū est cōfiteri dño: et psallere noi tuo altissime. Officiū.

Iustus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius tota die miseretur et commodat: et semen eius in benedictione erit in eternū cōseruabitur. Ps. Noli emulari in malignātib.

neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Officium.
Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum ps. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Officium.
In virtute tua dne letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer/ desiderium anime eius tribuisti ei. ps. Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Officium.
Letabitur iustus in dno et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. In t.pa. alla alla. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Officium.
Protexisti me deus a conventu malignantium alla a multitudine operantium iniquitatem alla alla. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.
Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati N. martiris tui natalicia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Alia oratio.
Adesto dne supplicationibus nostris/ et intercessione beati N martiris tui: perpetuam nobis misericordiam benignus impende. p. Lco libri sapientie. xiiii
Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iusticia meditabitur/ et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur/ et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum: dns deus noster. Ad ephesios i.c.
Fratres Benedictus deus et pater dni nostri iesu xpi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in xpo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate / qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per iesum christum in idipsum/ secundum propositum voluntatis sue in laudem gratie sue / in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum secundum diuitias gratie sue que superabundauit in nobis. Per iesum christum: dnm nostrum. Lco libri sapientie. Ecclia. xxx.
Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abiit/ nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic et laudabimus eum: Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfectus inuentus est: et erit illi gloria eterna Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in dno: et elemosinas illius enarrabit: omnis ecclesia sctorum. ii. Ad thimotheum. iiii. ca.
Charissime: Testificor coram deo et iesu christo qui iudicaturus est viuos et mortuos: et per aduentum ipsius et regnum eius. Predica verbum/ insta opportune/ importune argue: obsecra / increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila in omnibus labora opus fac euangeliste/ ministerium tuum imple sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen certaui: cursum consummaui fidem seruaui. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quam red-

det michi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi: sed et his qui diligunt aduentum eius.

ij. Ad thimotheum. ij. capitulo.

Charissime. Nemo militans deo implicat se negociis secularibus: vt ei placeat cui se pbauit. Nam et qui certat i agone nō coronabit: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam: oportet primum de fructib⁹ pcipere. Intellige q̄ dico: dabit eni tibi dn̄s in oib⁹ itellectū. Memor esto igitur iesum xp̄m resurrexisse a mortuis ex semine dauid scd̄m euangelium meum in quo laboro vsq; ad vicula quasi male opans sed v̄bū dei nō est alligatū. Ideo oia sustineo pter electos/ vt et ipsi salutē cōsequātur. que est in xp̄o iesu: cū glia celesti.

Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius coronā de lapide precioso. V. Desiderium aie eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eum. Gr. Btūs vir q̄ timet dn̄m in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen ei⁹ gn̄atio rectorū benedicet. Gr. Justus nō cōturbabit: q2 dn̄s firmat manū eius. V. Tota die miseret et cōmodat & semē ei⁹ in bn̄dictione erit. Gr. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dn̄i. V. Ad annūciandū mane miam tuā et veritatem tuam per noctem. Allā. V. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. Allā. V. Letabit iust⁹ in dn̄o et spabit i eo & laudabunt oēs recti corde. Allā. V. Btūs vir qui suffert tētationē: qm̄ cū pbatus fuerit accipiet coronā vite. Allā. V. Btūs vir q̄ timet dn̄m i mādatis ei⁹ cupit nimis. allā. V. Gl'a et honore coronasti eū dn̄e & ↄstituisti eū super opa manuū tuarū. Allā. V. Just⁹ nō cōturbabit q2 dn̄s firmat manū eius. Seq.

Organicis canamus modulis nūc N. solēnia. Digenis dn̄o vocib⁹ reddētes odas debitas. Qui i suis sāctis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eosdē decorat ac mirifice adornat. Nā & i ipis quasi i quibusdā musicis istrumētis digito proprio fides agitat fides virtutū sonora. Has numerose percurrēs singulas. Permiscet singulis dyatesserō melliflua melodiā. Quā gn̄at vtutū mat illa. Que aliis decenter cōposita reddit suauē simphoniā. Qua sine cuncta. Fiunt dissona. Necnon & friuola. Qua cum omnia fiunt cōsona. Necnon vtilia. Qua iusti bene Morati rite. Petentes ex celo poli sydera. Alacres decantant noua cātica in cythara traicia. Quorū agētes festa gloria mereamur in celesti patria. Tract⁹.

Desideriū anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum. V. Qm̄ preuenisti eū in benedictione dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Secūdū iohānē. xii.

In illo t. Di. ie. di. s. Amē amen dico vobis: nisi granū frumēti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solū manet. Si autē mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat aiam suā: pdet eā Et q̄ odit aiā suā in hoc mūdo: i vitā etnā custodit eā. Si q̄s michi mistrat: me sequat. Et vbi sū ego: illic & mister me⁹ erit. Si q̄s michi mistrauerit: honorificabit eū pr̄ me⁹ q̄ est i celis. S. lucā. x.

In illo tp̄e: Di. ie. di. s. Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit Qui autē me spernit: spernit eū qui me misit Reuersi sunt aūt septuaginta duo cum gaudio dicentes. Dn̄e/ etiā demonia subiiciūtur nobis: in noīe tuo. Et ait illis. Uidebam sathanā: sicut fulgur de celo cadētē. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpentes & scorpiones/ et supra oēm virtutē imici: & nichil

vobis nocebit. Verũtamẽ in hoc nolite gaudere: qꝛ spũs vobis subiiciũtur. Gaudete autẽ: qꝛ noĩa vestra scripta sũt in celis. Scd̃m matheũ. xvi.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum ꝛ tollat crucẽ suã / et sequat me. Qui eni voluerit aĩam suã saluã facere: pdet eã. Et qui pdiderit aĩam suã ppter me: iueniet eã. Quid eni pdest hoi si vniuersũ mũdũ lucret: aĩe vero sue detrimentũ patiat? Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aĩa sua? Filius eni hoĩs vẽturus est in glĩa patris sui cũ angelis suis: ꝛ tũc reddet vnicuiqꝫ secũdũ opus eius. Amen dico vobis: sũt q̃dã de hic stãtib9 q̃ nõ gustabũt mortẽ / donec videãt filiũ hoĩs / venientẽ in regno suo. Scd̃m lucam. xiiii. ca.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me ꝛ nõ odit patrẽ suũ et matrẽ ꝛ vxorẽ et filios ꝛ fratres et sorores / adhuc aũt et aĩam suã: nõ potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suã ꝛ venit post me: nõ potest meus esse discipulus. Quis eni ex vobis volens turrim edificare / nõ prius sedẽs cõputat sũptus qui necessarij sũt si habeat ad pficiendũ? Ne posteaq̃ posuerit fundamẽtũ et nõ potuerit perficere: oẽs qui viderint incipiãt illudere ei dicẽtes / qꝛ hic hõ cepit edificare / et nõ potuit cõsũmare. Aut q̃s rex iturus cõmittere bellũ aduersus aliũ regẽ / nõne prius sedens cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milib9 venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente: legationem mittens rogat ea q̃ pacis sũt. Sic ergo oĩs ex vobis qui non renũciat oĩbus que possidet: non potest meus esse discipulus. Scd̃m matheum. x.

In illo tp̃e: Di. ie. di. s. Nichil opertũ q̃d nõ reueleť: et occultũ q̃d nõ sciat. Q̃d dico vobis i tenebris: dicite in lu ce. Et q̃d in aure auditis: predicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corp9: aĩam aũt non possũt occidere. Sed potius eũ timete: qui potest et aĩam ꝛ corpus perdere in gehẽnã. Nõne duo passeres asse veneũt: ꝛ vn9 ex illis nõ cadet super terrã sine patre vr̃o? Vestri aũt ꝛ capilli capitis: oẽs numerati sũt. Nolite ergo timere: multis passerib9 meliores estis vos. Oĩs ergo q̃ cõfitebit me corã hoĩb9: cõfitebor et ego eũ corã patre meo q̃ est in celis. In t. pas. Euãge. Ego sũ vitis ve. re. fo. cxxiiii. Offer. In virtute tua dñe letabiť iust9 et sup salutare tuũ exultabit vehemẽter desideriũ aĩe ei9 tribuisti ei. In t. pas. allã al. Offer. Posuisti dñe in capite ei9 coronã de lapide precioso vitã petiit a te ꝛ tribuisti ei allã. Et finiat cũ allã. q̃cunqꝫ dr̃ nisi i. ta lxx. Offer. Justus vt palma florebit sicut cedrus que i libano est multiplicabiť. In tp̃e pas. allã. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe et veritatem tuam in ecclesia sctõꝝ allã allã. Offer. Glĩa et honore coronasti eũ ꝛ cõstituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Resentia munera dñe q̃s serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfũdantur benedictione: quatenus illam validius in nostris cordibus dilectionem infũdant: per quã sanctus N. martyr tuus omnia corporis tormenta deuicit. Per dominum. In vnitate eiusdem. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Cõio. Qui michi ministrat me sequatur et vbi ego sum: illic et minister meus erit. Cõio. Posuisti dñe in capite ei9 coronã de lapide p̃cioso. In t. pas. allã allã. Cõio.

Letabitur iustus in dn̄o et sꝑabit in eo et laudabunt oēs recti corde. In t.pal. allā.
Cō. Ego sū vitis vera ꝛ vos palmites: qui manet i me et ego i eo hic fert fructū multū al'.t. Cō. Magna est glia ei⁹ i salutari tuo gliam ꝛ magnū decoꝛē ipones sup eū dn̄e.

Uos refecisti dn̄e celesti p⁹c. misterio: ab oib⁹ q̄s ꝑpiciat⁹ absolue delictis: et intercedente btō N. martyꝛe tuo diuino munere purificatis mentibus pfruamur. Per d.

In natali vni⁹ marty. et pōti. Or.

Deus q̄ sctām nobis hui⁹ diei leticiā ꝑ cōmeōꝛatione beati martyꝛis tui N. atqꝫ pōtificis fecisti: adesto familie tue ꝑcibus et da: vt cuius hodie festa celebꝛamus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per dn̄m. Ad hebꝛeos. v. capitulo.

Fratres: Oīs pontifex ex hoibus assūptus pꝛo hoibus constituit in his q̄ sunt ad deū: vt offerat dona ꝛ sacrificia ꝑ pctis. Qui cōdolere possit his qui ignoꝛāt ꝛ errāt: qm̄ et ipse circūdatus est infirmitate. Et ꝑpterea debet queādmodū ꝛ pꝛo populo: ita etiā ꝛ pꝛo semetipso offerre pꝛo pctis Nec quisqꝫ sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tāqꝫ aarō/ queādmodum scriptum est. Tu es sacerdos in eternum: secundum oꝛdinē melchisedech. Ad hebꝛeos. xiij.

Fratres: Doctrinis variis et ꝑegrinis: nolite abduci Optimum est enim gratia stabilire coꝛ: nō in escis que non pꝛofuerūt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere nō habent potestatē: qui tabernaculo deseruiunt. Quoꝛū eni aialiū infertur sanguis ꝑ pctō in sācta per pōtificē hoꝛū coꝛpoꝛa cremantur extra castra. Pꝛopter quod et iesus vt sanctificaret per suū sanguinē populum: extra poꝛtā passus est. Exeam⁹ igitur ad eum extra castra: impꝛoperiū eius poꝛtātes. Non eni habem⁹ hic manentem ciuitatē: sed futuram inquirimus. Per ipsū ergo offeram⁹ hostiā laudis semꝑ deo: id est fructū labioꝝ nr̄oꝝ cōfitētiū noi eius. Bn̄ficientie autē et cōmunionis: nolite obliuisci. Talibus eni hostijs pꝛomeretur deus. Secundum matheū. ix.

In illo tp̄e: Circuibat iesus ciuitates oēs et castella: docens in synagogis eoꝛum et pꝛedicans euangelium regni/ ꝛ curans oēm languorem ꝛ omnē infirmitatem. Uidens autem turbas misertus est eis: quia erant vexati/ et iacentes sicut oues non habentes pastoꝛem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa: operij autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Eūtes autem pꝛedicate dicentes: quia appꝛopinquabit regnum celoꝛum. Infirmos curate/ moꝛtuos suscitate: lepꝛosos mundate/ demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce ego mitto vos sicut oues i medio lupoꝛum. Estote ergo pꝛudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe.

Hoc sequens euangelium dicitur in festo cuiuslibet pontificis exultantis siue mar. siue cōfes. Secūdū lucā. xix.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā nobilis: abijt in regionē lōginquā accipere sibi regnum et reuerti. Uocatis autē decē seruis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos Negociamini dum venio. Ciues aūt ei⁹ oderāt illū: ꝛ miserūt legationē post illū dicētes Nolum⁹ hūc regnare sup nos. Et factū est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quibus dederat pecuniā/ vt sciret q̄tū q̄sqꝫ

negociatꝰ esset. Uenit aūt primus dicēs. Dñe: mna tua decē mnas acq̄sivit. Et ait illi Euge serue bone / q2 in modico fidelis fuisti: eris ptātē hñs sup decē civitates. Et alter venit dicēs. Dñe / mna tua fecit q̄nq3 mnas. Et huic ait Et tu esto sup q̄nq3 civitates. Et alter venit dicens. Dñe / ecce mna tua quā habui repositā in sudario. Timui eñi te q2 hō austerꝰ es: tollis qđ nō posuisti / ꝛ metis qđ nō seminasti. Et dixit ei. De oꝛe tuo te iudico serue nequā Sciebas q2 ego hō austerus sū: tollēs qđ nō posui ꝛ metēs qđ nō seminavi. Et quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsā / et ego veniēs cum vsuris vtiq3 exegissē illā. Et astātibꝰ dixit Auferte ab illo mnā: ꝛ date illi q̄ decē mnas habet. Et dixerūt ei. Dñe / habet decē mnas Dico aūt vobis: q2 oī hñti dabit ꝛ abūdabit / ab eo autē q̄ nō habet ꝛ qđ habet auferet ab eo Uerūtamē inimicos meos illos q̄ noluerūt me regnare sup se: adducite huc ꝛ iterficite ante me. Et his dictis p̄cedebat: ascendens hierosolimam. Tp̄e pasca. Euangel. Ego sum vitis vera. require folio. clxxiiii. Secreta.

Ntēde ppiciꝰ q̄s dñe oblata tibi hec mūera: ꝛ dp̄catione bti N martyꝛis tui atq3 pōtificis i cuiꝰ ea cōmemoꝛatione deferimꝰ: nosipsos eadēq3 sanctifica. Per dñm. Postcō.

Umpsimꝰ dñe i scti martiris tui atq3 pōtificis N solēnitate celestia sacramēta: cuiꝰ suffragijs q̄s largiaris / vt qđ tp̄aliter gerimꝰ: eternis gaudijs cōsequamur. p. In natali plurimoꝝ martyꝛum. Officium

Ntret in cōspectu tuo dñe gemitus cōpeditoꝝ / reddevicinis nr̄is septuplū in sinu eoꝝ: vindica sāguinē sctōꝝ tuoꝝ q̄ effusꝰ est. In tp̄e pascali

Allā allā. ps. Deus venerūt gētes i hereditatē tuā: polluerūt tēplū sctm̄ tuū: posuerūt hierusalē in pomoꝝū custodiam. Officiū.

Imete dñz oēs scti eiꝰ qm̄ nichil deest timētibꝰ eū: divites eguerūt ꝛ esurierunt inquirentes autē dñm nō deficient omni bono. ps. Bn̄dicā dñm in oī tp̄e: semper laus eius in oꝛe meo. Officium.

Usti epulēt ꝛ exultēt i cōspectu dei: ꝛ delectent i leticia. p. Exurgat deꝰ ꝛ dissipent inimici eiꝰ: ꝛ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. offi.

Apiētiā sctōꝝ narrant ppli et laudē eoꝝ nūciat ecclesia noīa aūt eoꝝ vivēt in sctm̄ scli. In tp̄e pal. allā allā. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Offi.

Alus aūt iustoꝝ a dñoz ptectoꝝ eoꝝ i tp̄e tribulatiōis. p. Noli emulari i malignātibꝰ neq3 zelaveris faciētes iniquitatē. Offi.

Ancti tui dñe benedicēt te gliam regni tui dicēt al. p. Exaltabo te deꝰ meꝰ rex et bñdicā noī tuo in seculū et in seculum seculi. Plurimoꝝ martyꝛū nō pōtificū. oꝛ.

Mps sempiterne deus / da nobis sāctoꝝ martyꝛū tuoꝛū N. et N. ita digne merita venerari: quatenus et ab instātibus liberemur periculis: ꝛ digni efficiamur gaudijs sēpiternis. Plurimoꝝ mar. et pō. Oꝛ.

Mps sempiterne deus / qui sāctoꝝ martyꝛū tuoꝛū atq3 pontificū N et N. coꝛdibꝰ flāmā tue dilectionis accendisti: da mentibus nostris eandē fidei caritatisq3 virtutē: vt quoꝝ gaudemus triūphis: pficiamus exemplis. Per. Ad hebꝛeos. xi. c.

Ratres: Sancti per fidē vicerunt regna: operati sunt iusticiam adepti sunt repꝛomissiones. Obtulerunt oꝛa leonū / extinxerunt

impetũ ignis/effugarũt aciẽ gladij: conualuerunt de infirmitate/ foꝛtes facti sunt in bello. Castra verterunt exteroꝝũ: acceperunt mulieres de resurrectione moꝛtuos suos. Alij autẽ distẽti sunt non suscipientes redemptionẽ vt melioꝛem inuenirent resurrectionẽ. Alij vero ludibꝛia ⁊ verbera experti: insup et vicula et carceres. Lapidati sunt/secti sunt tentati sunt in occisione gladij moꝛtui sunt Circuierũt in melotis: ⁊ in pellibus capꝛinis egentes angustiati/ afflicti quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: ⁊ in mõtibus/et in speluncis/ et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei pꝛobati inuenti sunt In chꝛisto iesu dño nostro. Lectio libri sapientie. iij

Justoꝝũ aĩe in manu dei sũt: et non tanget illos toꝛmentum malicie. Visi sunt oculis insipientium moꝛi: et estimata est afflictio exitus illoꝛum/ et quod a nobis est iter exterminij/ illi autẽ sũt in pace. Et si coꝛam hoĩb⁹ toꝛmẽta passi sũt: spes illoꝛũ imoꝛtalitate plena est In paucis vexati: in multis bñ disponentur Dñs deus tẽtauit illos: et inuenit illos dignos se. Tanq̃ aurũ in foꝛnace pꝛobauit illos: ⁊ quasi olocausta hostie accepit illos et ĩ tẽpoꝛe erit respectus illoꝛũ. Fulgebũt iusti: ⁊ tanq̃ scintille in arũdineto discurrẽt. Judicabũt nationes et dñabuntur populis Et regnabit dñs illoꝛum: in perpetuum. Lectio libri sapientie. v. capi͞o

Justi autẽ in perpetuũ viuẽt ⁊ apud dñm est merces eoꝛum: et cogitatio illoꝛũ apud altissimum. Jdeo accipient regnum decoꝛis: et dyadema speciei de manu dñi. Quõ dextera sua teget eos: et bꝛachio sancto suo defendet illos Accipiet armaturam zelus illius: ⁊ armabit creaturam ad vltionem inimicoꝝ Induet pꝛo thoꝛace iusticiã: et accipiet ꝓ galea iudicium certũ. Sumet scutũ iexpugnabile equitatẽ: ibũt directe pꝛomissiões Et ad certum locũ deducet illos: dñs deus nr̃. Ad hebꝛeos. x. cap

Fratres: Rememoꝛamini pꝛistinos dies: ĩ quibus illuĩati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. Et in altero quidem oppꝛobꝛijs et tribulatiõib⁹ spectaculum facti in altero quidem socij taliter cõuersantium effecti Nã ⁊ victis cõpassi estis et rapinã bonoꝛũ vestroꝝ cum gaudio suscepistis: cognoscẽtes vos habere melioꝛem et manentẽ substantiam. Nolite itaq̧ amittere confidẽtiam vestram/ que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes/repoꝛtetis pꝛomissionem. Adhuc eni modicũ aliquãtulũ q̧ qui venturus est veniet: ⁊ non tardabit Justus autem meus: ex fide viuit. Ad coꝛinthios quarto capitulo.

Fratres: Spectaculum facti sumus huic mũdo ⁊ angelis et hoĩbus. Nos stulti pꝛopter xp̃m: vos autẽ pꝛudentes in xp̃o Nos infirmi: vos autem foꝛtes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vsq̧ in hanc hoꝛam esurim⁹ ⁊ sitim⁹: ⁊ nudi sumus ⁊ colaphis cedimur/et instabiles sumus/ et laboꝛamus operantes manibus nr̃is. Maledicimur: et bñdicimus. Persecutionem patimur: ⁊ obsecramus. Tanq̃ purgamenta hui⁹ mundi facti sumus: oĩm hominum peripsima vsq̧ adhuc. Non vt cõfũdam vos hec scribo: sed vt filios meos carissimos moneo. In chꝛisto iesu: domino nostro. Lectio libri sapientie. Pꝛouerbioꝛum. xv. capitulo.

LIngua sapiētū oꝛnat sciētiā os fatuoꝝ ebulit stulticiam. In oī loco ocli dñi: ɔtēplant bonos ꝛ malos. Ligua placabilis lignū vite q̃ aūt imoderata est conteret spiritū Dom⁹ iusti pluria foꝛtitudo: ꝛ i fructib⁹ ipij cōturbatio. Labia sapientū dissemiabūt sciam: coꝛ stultoꝝ dissiſe erit. Victime ipioꝛum abomiabiles dño: vota iustoꝝ placabilia. Qui seq̄tur iusticiā: diligiꝉ a dño. Lcō li. sa. x.c

REddet de⁹ mercedē laboꝛum sctōꝛū suoꝛū: et deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei ꝛ in luce stellarum nocte Trāstulit illos per mare rubꝛum: et trāsuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autē illoꝛū demersit i mare: ꝛ ab altitudine iferoꝛum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia ipioꝛū: et decātauerūt dñe nomē sctm̄ tuum. Et victricem manū tuā laudauerūt pariter: dñe deus nr̄. Lctō li. sa. xliiij.

HI sunt viri mīe quoꝛum iusticie obliuionem nō acceperūt Cū semine eoꝝ permanēt bona: hereditas sctā nepotes eoꝛum. Et i testamētis stetit semē eoꝛum: ꝛ filij eorū pꝛopter eos vsq; ieternū manent Gn̄atio eoꝛū ꝛ glia eoꝛū: nō derelinquetur. Coꝛpoꝛa eoꝛū i pace sepulta sūt: ꝛ noīa eoꝛū viuēt i scl̄a. Sapientiā eoꝛū narrabūt oēs ppli: et laudē eoꝛū pꝛonūciet oīs ecclia sctōꝛū. Gꝛ. Gloꝛiosus de⁹ i sctis: mirabilis i maiestate faciens ꝓdigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua confregit imicū. Gꝛ. Clamauerunt iusti ꝛ dñs exaudiuit eos ꝛ ex oībus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. V. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt coꝛde ꝛ hūiles spiritu saluabit. Gꝛ. Timete dn̄m oēs scti ei⁹: qm̄ nichil deest timētibus eū. V. Inquirētes aūt dn̄m nō deficient oī bono. Gꝛ. Iustoꝛū aīe in manu dei sūt ꝛ nō tanget illos toꝛmētū malicie. V. Visi sunt oculis insipiētium moꝛi illi aūt sūt i pace. Gꝛ. Exultabunt sancti in glia letabūꝉ i cubilib⁹ suis. V. Cātate dño cāticū nouū laus ei⁹ in ecclesia sāctoꝛū. Gꝛ. Vidica dñe sāguinē sāctoꝛū tuoꝛū q̄ effus⁹ est. V. Posuerūt moꝛtalia seruoꝛū tuoꝛū escas volatilibus celi carnes sctōꝛū tuoꝛū bestiis terre. Gꝛ. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū habitare fr̄es in vnū V. Sicut vnguētū in capite qđ descēdit i barbā barbam aarō. All⁹ V. Mandauit dñs bn̄dictionē ꝛ vitam vsq; in sclm̄. Gꝛ Aīa nr̄a sicut passer erepta est de laq̄o venātium. V. Laq̄us ɔtrit⁹ est ꝛ nos liberati sum⁹. V. Adiutoꝛiū nr̄m in noīe dñi q̄ fecit celū ꝛ terrā. Allā. V. Scti tui dñe bn̄dicēt te: gloꝛiā regni tui dicent. Alleluya. V. Scti tui dñe floꝛebūt sicut lilium et sicut odoꝛ balsami erūt āte te. Allā. V. Sācti ꝛ iusti in dño gaudete vos elegit de⁹ in hereditatē sibi. Allā. V. Vox exultatiōis ꝛ salutis i tabernaculis iustoꝝ. Allā. V. Iusti epulētur ꝛ exultēt i ɔspectu dei ꝛ delectenꝉ in leticia. Allā. V. Reddet deus mercedem laboꝛū sctōꝛū suoꝝ ꝛ deducet illos in via mirabili. Allā. V. Mirabilis dñs noster i sctis suis. Allā. V. Te martyꝛum candidatus laudat exercitus dñe. Tra. Qui seminānt in lachꝛimis in gaudio metent. V⁹ Euntes ibant ꝛ flebant mittentes semina sua. V. Veniētes aūt veniēt cum exultatione poꝛtātes manipulos suos. Sequētia

ECce pulchꝛa canoꝛum resonet voce allā. Intimās requiem ciuib⁹ iclitā Felicia nimiū angeloꝛū rutilāt agmina. Sctē sācte sctē xp̄o ouāter ꝓclamātia. Sublimi i cathedꝛa apl̄oꝛū sede fulgida lampada tribus et linguas iudicātia. Qia vt stercoꝛa reputarunt tumida ꝓpter hec emicant velut stella firmamēti clara. Stolis cādidis martyꝛum adoꝛnātur colla. Hi sūt milites q̄ mūdi ꝓ

liarunt bellã. Coronis albis coronãt scti. Qui cõfitentes crediderũt iuste Uel fide certantes. Respuerũt vana Modo habẽt celestia regna. In qua triũphant dicẽtes optime Siue cãticant psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi xp̃o submittentes colla. Multũ recitaris laude spirituum Atq3 iubilaris in choro virginũ. Allã. Dulcimode te decantant pudicũ aginina. Laus tibi sit sẽper xp̃e p oĩa. Qui opitular; cãtãtes talia. Uoce pulchra Allã Et nos xp̃e pclamam⁹ vna. Da nob; etna regna florida. Ubi cantem⁹ oẽs allã. Seq.

Mirabilis deus in sanctis mirabilia dans magnifica. Qui fidem preclara vicerunt mundi grauissima picula. Judicũ minas verbera et blandicias cõtẽnentes mẽte robusta vero trãsfuderũt regi aĩas. Ergo triũphant laurea cõpti capita secuti recte vestigia agni singularis xp̃i sacrata Cui assidue melliflua dant cantica eius pdulcissia pleni grã. Quorum celebrantes solennia. consortio iũgi quo mereamur christ⁹ annuat. Qui nostra est gloria. Secũdũ lucã. vi. ca.

In illo tp̃e: Eleuatis iesus oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: q2 vestrũ est regnũ dei Beati q nũc esuritis: q2 saturabimini. Beati q nũc fletis q2 ridebitis Beati eritis cũ vos oderit hoĩes: & cũ sepa rauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrũ tãq3 malũ ppter filiũ hoĩs. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est i celo. Secũdũ matheũ. v.

In illo tp̃e: Uidens ies⁹ turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt discipuli eius. Et aperiens os suũ: docebat eos dicens. Beati pauperes sp̃ũ: qm̃ ipsorum est regnũ celorum. Beati mites: qm̃ ipsi possidebũt terrã. Beati q lugẽt: qm̃ ipsi cõsolabunt. Bti qui esuriũt & sitiunt iusticiã: qm̃ ipsi saturabũtur. Bti misericordes: qm̃ ipsi miam cõsequẽtur Beati mũdo corde: qm̃ ipsi deũ videbũt. Beati pacifici: qm̃ filii dei vocabũtur. Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iusticiã: qm̃ ipsorum est regnũ celorum. Bti estis cũ maledixerit vobis hoĩes: et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mẽtiẽtes propter me. Gaudete et exultate: qm̃ merces vestra copiosa est in celis. Secũdũ matheũ. x. ca.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Cum persequẽtur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amẽ dico vobis: non consũmabitis ciuitates israel/ donec veniat filius hoĩs. Non est discipulus super magistrũ: neq3 seruus super dñm suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius. si patrẽ familias beelzebub vocauerũt: quanto magis domesticos eius: Ne ergo timueritis eos. Secũdũ lucã. xxi. cap.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Ponite ergo in cordibus vestris nõ pmeditari: quẽadmodũ rñdeatis. Ego eni dabo vobis os et sapientiã: cui nõ poterũt resistere et ztradicere oẽs aduersarii vr̃i. Tradimini aũt a parẽtibus et fratrib⁹ et cognatis et amicis: et morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩb⁹ ppter nomẽ meũ: & capill⁹ de capite vestro non peribit. In patiẽtia vr̃a: possidebitis aĩas vr̃as. S. lucã. vi. ca.

In illo tp̃e: Descendens ies⁹ de monte stetit in loco cãpestri & turba discipulorũ eius: et multitudo copiosa plebis ab oĩ iudea & hierusalẽ et maritima/ et tyri/ et sydonis/ qui

venerāt vt audirēt eum / et sanaren-
tur a lāguoribꝰ suis. Et q̄ vexabātur a
spiritibꝰ imūdis: curabantur. Et oīs
turba querebat eū tāgere: qꝛ virtꝰ de
illo exibat ⁊ sanabat oēs. Et ipse ele-
uatis oculis in discipulos suos dice-
bat. Beati pauperes: qꝛ̄ vestrū est
regnū dei. Beati qui nunc esuritis:
qꝛ saturabimini. Beati qui nunc fle-
tis: quia ridebitis. Beati eritis cum
vos oderint homines: et cū separa-
uerint vos / et exprobrauerint / ⁊ eie-
cerint nomē vestrū tāq̄ malum pro-
pter filiū hominis. Gaudete i illa die
et exultate / ecce enim merces vestra:
multa est in celo. Secūdū lucam. xx.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu-
lis suis. Cum audieritis prelia
⁊ seditiones: nolite terreri. Oportet
primum hec fieri: sed nondū stati fi-
nis. Tunc dicebat illis. Surget gēs
cōtra gentē ⁊ regnū aduersus regnū
⁊ terremotus magni erunt per loca
et pestilentie et fames: terroresq̄ de
celo / et signa magna erūt. Sed ante
hec oīa inicient vobis manꝰ suas: et
psequētur tradētes i synagogas ⁊ cu-
stodias / trahētes ad reges ⁊ psides p-
pter nomen meum. Continget aūt
vobis: in testimonium Ponite ergo
in cordibus vestris non premeditari
quemadmodum respondeatis: ego
enim dabo vobis os et sapientiā cui
non poterunt resistere et contradi-
cere omnes aduersarii vestri. Trade-
mini autem a parentibus et fratribꝰ
et cognatis et amicis: et morte affici-
ent ex vobis. Et eritis odio omnibꝰ
hominibus propter nomen meū: et
capillus de capite vestro nō peribit.
In patientia vestra possidebitis ani-
mas vestras. Secundum lucam. xii.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu-
lis suis. Attendite a fermento
phariseorum: quod est ypocrisis. Ni-
chil autē opertū qd̄ nō reueletur: ne-
q̄ absconditū quod nō sciatur. Qm̄
que in tenebris dixistis: in lumine di-
centur. Et quod in aure locuti estis i
cubilibus: predicabitur in tectis. Di-
co autē vobis amicis meis ne terrea-
mini ab his qui occidunt corpus: et
post hec nō habent amplius quid fa-
ciant. Ostendā autē vobis: quem ti-
meatis. Timete eū qui postq̄ occide-
rit: habet potestatē mittere in gehē-
nam. Ita dico vobis: hunc timete.
Nonne quinq̄ passeres veneunt dy-
pondio / et vnus ex illis nō est in obli-
uione corā deo? Sed ⁊ capilli capitis
vestri: oēs numerati sunt. Nolite er-
go timere: multis passeribus pluris
estis vos. Dico autē vobis. Oīs qui-
cūq̄ cōfessus fuerit me coram homi-
nibus et filius hoīs confitebitur illū
corā āgelis dei. Scḋm matheū xxiiii.

In illo tp̄e: Sedēte iesu sup mō-
tē oliueti: accesserūt ad eū disci-
puli secreto dicētes: Dic nobis quādo
hec erūt: ⁊ qd̄ signū aduētꝰ tui ⁊ cōsū-
mationis seculi? Et rn̄dēs iesus: dixit
eis. Uidete ne q̄s vos seducat. Multi
eni veniēt in noīe meo: dicētes. Ego
sum xp̄s: ⁊ multos seducēt. Audituri
eni estis plia: ⁊ opiniōes pliorꝝ. Uide-
te ne cōturbemini. Oportet eni hec
fieri: sed nōdū est finis. Cōsurget eni
gēs cōtra gētē / et regnū i regnū / et e-
runt pestilētie ⁊ fames / ⁊ terremotꝰ
per loca. Hec aūt oīa: initia sūt dolorꝝ.
Tūc tradēt vos i tribulationē et occi-
dēt vos: ⁊ eritis odio oībꝰ gentibꝰ p-
pter nomē meū Et tūc scandalizabū-
tur multi: ⁊ iuicē tradēt / ⁊ odio hēbūt
iuicē. Et multi pseudo pphete surgēt
⁊ seducent multos. Et qm̄ abūdauit
iniq̄tas: refrigescet charitas multorꝝ.
Qui aūt pseuerauerit vsq̄ in finem:

hic saluus erit. Secūdū lucā. xi. capi.

In illo tpe: Dicebat iesus turbis iudeorū: ꝛ principibus phariseorꝝ. Ue vobis q̄ edificatis monumēta pphetarꝝ: patres autē vr̄i occiderūt illos. Profecto testificamini: q̄ cōsentitis operib⁹ patrū vestrorū Quīquidē ipsi eos occiderunt: vos aūt edificatis eorꝝ sepulchra. Propterea ꝛ sapiētia dei dicit Mittā ad eos prophetas ꝛ apostolos: ꝛ ex illis occidēt et psequētur/ vt inquiratur sanguis oim pphetarꝝ q̄ effusus est a cōstitutione mūdi a gn̄atione ista. A sāguine abel iusti: vsq̄ ad sanguinē zacharie q̄ periit iter altare ꝛ edem. Ita dico vobis: reqret ab hac gn̄atiōe. Ue vobis legisperitis qui abstulistis clauem scientie: et ipsi non introistis/ ꝛ eos qui introibāt prohibuistis Cum hec ad illos diceret: ceperunt pharisei ꝛ legisperiti grauiter ei isistere/ ꝛ os ei⁹ opprimere de multis isidiātes ei. Et querentes capere aliqd ex ore ei⁹: vt accusarēt eū. Scd̄m mar. xiii.

In illo tpe: Egrediente iesu de templo: ait illi vn⁹ ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides: ꝛ quales structure. Et respōdēs iesus: ait illi Uides has oēs magnas edificatiōes: Nō relinquetur lapis super lapidē: q̄ nō destruatur. Et cū sederet i monte oliuarum cōtra templū: interrogabant eū separatim petrus et iacobus et iohannes ꝛ andreas. Dic nobis quando ista fient/ et quod signum erit quādo hec omnia incipient cōsummari. Et rn̄dens iesus: cepit dicere illis. Uidete ne quis vos seducat. Secūdū marcum. xiii.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Uidete ne quis vos seducat Multi eni veniēt in noīe meo dicētes: q2 ego sū et multos seducēt. Cū aūt audieritis bella ꝛ opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet eni hec fieri: sed nondum finis Exurget gēs contra gētē: ꝛ regnū sup regnū/ et erūt terremot⁹ per loca ꝛ fames. Initium dolorū hec. Uidete autem vosmetipsos. Tradēt eni vos in cōsiliis: ꝛ i synagogis vapulabitis/ ꝛ ante presides ꝛ reges stabitis pter me in testimoniū illis Et in oēs gentes primū oportet pdicari euāgeliū. Et cū duxerit vos tradētes: nolite pcogitare qd loquamini/ sed qd datū fuerit vob; illa hora: id loquamini. Nō eni vos estis loquentes: sed spūs sanctus. Tradet autē frater fratrē i mortē: ꝛ pr̄ filiū. Et consurgēt filii in parētes: ꝛ morte afficient eos. Et erit; odio oībus hoībus: propter nomen meū. Qui aūt sustinuerit in finem: hic saluus erit. Scd̄m matheum. x. c

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Nolite arbitrari: q2 venerim mittere pacem in terrā Non veni pacem mittere: sed gladiū. Ueni enim separare hominem aduers⁹ patrem suū: et filiam aduersus matrem suam/ et nurum aduers⁹ socrū suam/ ꝛ inimici hois domestici eius Qui amat patrem aut matrē plusq̄ me: nō est me dignus. Et qui amat filiū aut filiā super me: nō est me dignus Et qui non accipit crucē suam et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit aiam suam: perdet illā Et qui perdiderit animā suam propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedē pphete accipiet. Et qui recipit iustū i noīe iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq̄ potum dederit vni ex minimis istis calicem

aque frigide tātum in noīe discipuli amen dico vobis/nō perdet mercedem suam. Scd̄m matheum. xxiiij.

In illo tp̄e: Egressus iesus de templo: ibat. Et accesserūt discipuli eius: vt ostēderēt ei edificationē tēpli. Ipse aūt respōdēs: dixit illis. Uidetis hec oīa. Amē dico vobis: nō relinqtur hic lapis sup lapidē/ q̄ non destruat. Sedēte aūt eo sup montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli eius secreto dicētes. Dic nobis qn̄ hec erūt: et qd̄ signū aduētus tui/ et cōsūmationis seculi. Et rn̄dēs iesus: dixit eis. Uidete: ne q̄s vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes: ego sum xp̄s/ et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones pliorū. Uidete ne turbemini. Oportet eni hec fieri: sȝ nōdū est finis. Exurget eni gēs sup gētē: et regnū sup regnū. Et erūt pestilentie et fames: et terremotus p loca Hec aūt oīa sunt initia dolorū. Tūc tradēt vos in tribulationem/ et occidēt vos: et eritis odio oībus gētibus ppt nomē meum Et tūc scādalizabūtur multi et iuicē tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo pphete surgent: et seducent multos. Et qm̄ abundauit iniquitas: refrigescet caritas multorū. Qui aūt perseuerauerit vsq in finē: hic saluus erit. In tp̄e pas. Euāg. Ego sum vitis vos pal. Reqre folio clxxxiij. Offer. Mirabilis deus in sāctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebis sue benedictus deus all. et finiatur cū allā. qñcunq dr̄. Offer. Gloriabūtur i te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Offert. Letamini i dn̄o et exultate iusti et gloriamini oēs recti corde. In tp̄e pas. allā. Offer. Exultabūt scti in glia letabūt in cubilibus suis. exultationes dei in faucibus eorum. In tp̄e pas. allā allā. Offer. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Offert. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e et veritatē tuā in ecclia sctōrū allā allā. Offer. Repleti sumus mane mia tua et exultauimus et delectati sumus allā. Plurimorum marty. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e munera populi tui pro martyrum tuorum festiuitate sanctorum: et sincero nos corde fac eorum natalicijs interesse. Per dominum nostrū. Alia secreta.

Sanctorū martyꝝ tuorum atq pōtificum. Net. In gliosa merita venerantes: hec domine munera tue maiestati offerimus obsecrantes: vt illis reuerentiā exhibendo/ nobis veniā impetremus. Per. Cōio. Gaudete iusti i dn̄o allā rectos decet collaudatio allā. Et dr̄ cū allā. qñcū q dr̄. Cō. Multitudo lāguētiū et q̄ vexabat a spiritibus imūdis veniebāt ad eum qȝ virtus de illo exibat et sanabat oēs. Tp̄e pas. allā allā. Cōio Posuerunt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi carnes sctōꝝ tuoꝝ bestiis terre secūdū magnitudinē brachii tui possi de filios mortipuntoꝝ. Cōio. Iustoꝝ aīe i manu dei sūt et nō tāget illos tormētū malicie visi sūt oculis insipiētiū mori illi aūt sūt i pace. In tp̄e pas. allā al. Cō. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vr̄ maneat. In tp̄e pasch. allā allā. Cōio. Et si corā hoibus tormēta passi sunt deus tētauit eos tanq̄ aurū in fornace pbauit eos et quasi olocausta accepit illos. Cōio Aia nostra sicut passer erepta est de laqo venantium. Cōio. Ego sū vitis vera vos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructū multuȝ allā allā. Cōio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab hiis q̄ vos psequuntur. Cōio. Qd̄ dico

vobis i tenebris dicite i lumine dicit dñs et qđ i aure auditis pdicate sup tecta. Cō. Amē dico vobis qđ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis venite benedicti patris mei possidete pparatū vobis regnum ab iitio scli. Plurimorum mrm. postcōio.

Sacramētorū tuorū dñe participatione letantes supplicitet exoramus: vt quorum merita celebrare cōdonas: eorum nos facias imitari cōstātiam.p. Alia postcōio.

Deus qui nos sacramenti tui venerāda perceptiōe purificas: da nobis q̄s patrocinia tuorum cōtinuata sctōꝝ: qbus capere valeamus salutaris mysterij participationē Per. Plurimorum mrm nō pōti. Or.

Deus q̄ nos concedis sctōrum martyrum tuorum. N et N. natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus que pro tuorum tibi grata sint honore iustorū et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Postcōmu.

Presta nobis q̄sum⁹ dñe itercedētibus sanctis martyrib⁹ tuis. N et N. vt q̄ ore cōtigim⁹ pura mente capiamus. Per dñm. In natali vnius confessoris. Officium

Statuit ei domin⁹ testamētū pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. In tpe pas. al. al. ps. Mias dñi: ieťnū cātabo. offm.

Sacerdotes tui domine induāt iusticiā/ et sācti tui exultēt pter dauid seruum tuum nō auertas faciem christi tui. In tempore paschali. alľ. ps. Memēto domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominū. sācti et humiles corde laudate deū. In tēpore paschali. allā allā. ps Benedicite oia opa dñi dño: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ nos beati. N. cōfessoris tui atq; pōtificis hodierna festiuitate letificas/ tuā exoram⁹ supplices clemētiā: vt cui⁹ solēnia deuotis officijs veneramur/ ei⁹ pijs suffragijs etne vite remedia cōsequamur. Per d. Alia oro

Da q̄s ops deus: vt beati. N. cōfessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dñm. Lectio libri sapiētie. Ecclasti. xliiij. c

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et iuētus est iustus. Et in tpe iracundie: factus est recōsiliatio. Nō est iuentus similis illi: q̄ cōseruaret legem excelsi. Ideo iureiurādo: fecit illū dñs crescere i plebē suā. Bndictionem oim gētium dedit illi: et testamētū suū cōfirmauit super caput ei⁹. Cognouit eū in bndictionibus suis: conseruauit illi miam suam / et inuenit grām coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam glie Statuit illi testamētū sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnū/ et btificauit illū in glia Fungi sacerdotio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignū: in odorem suauitatis. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. l.

Ecce sacerdos magn⁹ qui i vita sua curauit gētē suā: et liberauit eā a pditione. Qui suffulsit domū: et i dieb⁹ suis corroborauit tēplū Qui pualuit amplificare ciuitatē: q̄ adeptus est gloriā in conuersatione

gētis. Quasi stella matutina in medio nebule: ꝛ quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgēs: sic ille effulsit in templo dei Quasi arcus effulgens int nebulas glie: ꝛ quasi flos rosarū in diebus vernis Quasi lilia que sūt i trāsitu aque: et quasi thus redolēs in dieb⁹ estatis. Quasi ignis effulgēs ꝛ thus ardēs in igne: quasi vas auri solidū ornatū oi lapide precioso. Quasi oliua pululans: ꝛ cypressus in altitudinē se extollēs in accipiēdo illū stolā glie/ ꝛ vestiri eū cōsummatione virtutis. In ascēsu altaris sancti gliam dedit sāctitatis amictū. In accipiendo aūt partes de manu sacerdotū: ꝛ ipe stās iuxta arā porrexit manū suā i libationē/ ꝛ libauit odorē diuinū excelso principi Et iterauit orōnē suā volēs oñdere virtutē dei: q̄ fecit nobiscū scdm suā misericordiā Qui det nobis iocūditatē cordis: ꝛ fieri pacē i dieb⁹ nr̄is i isrl̄ p dies sēpiternos. Lectō libri sapiētie. x.

Iustū deduxit dn̄s per vias rectas: ꝛ ostēdit illi regnum dei. Et dedit illi scientiā sctōꝝ: honestauit illum in laborib⁹/ ꝛ cōpleuit labores illi⁹ In fraude circūueniētium illi affuit: ꝛ honestū fecit illum. Custodiuit eū ab inimicis: ꝛ a seductoribus tutauit illum Et certamē forte dedit illi vt vinceret: ꝛ sciret q̄m oīm potentior est sapiētia. Hec vēditū iustū nō dereliq̄t: sed a pctōribus liberauit eū Descēditq̄ cū illo i foueam/ et in vinculis non dereliquit illū donec afferret illi sceptrum regni: ꝛ potētiā aduersus eos q̄ eū deprimebāt. Et mēdaces oñdit q̄ maculauerunt eum: ꝛ dedit illi claritatē eternā/ dn̄s de⁹ nr̄.

Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xlv.

Dilectus deo ꝛ hominibus cuius memoria in benedictiōe est. Similē illū fecit i glia sctōꝝum: ꝛ magnificauit eū in timore inimicorū/ ꝛ in verbis suis mōstra placauit Glorificauit eum i cōspectu regū: et iussit illi coram populo suo ꝛ ostendit illi gliam suam. In fide ꝛ lenitate ipi⁹ sctm̄ fecit illū: ꝛ elegit eum ex oi carne. Audiuit eni vocem ipsi⁹: et induxit illum i nube Et dedit illi cor ad p̄cepta: ꝛ legem vite ꝛ discipline.

Gr. Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo. V. Non est inuent⁹ similis illi qui cōseruaret legē excelsi. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eum tu es sacerdos i eternū scdm ordinē melchisedech. V. Dixit domin⁹ dn̄o meo sede a dextris meis. Gr. Inueni dauid seruū meū oleo sācto vnxi eum manus enim mea auxiliabit ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eū. V. Nichil pficiet inimic⁹ i eo ꝛ filius iniq̄tatis non nocebit eū. Gr. Dn̄e p̄uenisti eū i b̄ndictionibus dulcedinis posuisti i capite eius coronā de lapide p̄cioso. V. Vitā petiit ꝛ tribuisti ei lōgitudinē dierū i scl'm scl'i. Allā. V. Iust⁹ germinabit sicut liliū et florebit in eternū añ dn̄m. Allā. V. Amauit eū dn̄s et ornauit eū stola glie iduit eū. Allā. V. Disposui testamētū electis meis iuraui dauid seruo meo. Allā. V. Elegit te dn̄s sibi i sacerdotē magnū in ppl'o suo. Allā. V. Inueni dd̄ seruū meū oleo sctō meo vnxi eum

Tract⁹. Beat⁹ vir q̄ timet dn̄m i mādatis ei⁹ cupit nimis. V. Potēs in terra erit semē eius gn̄atio rectoꝝ b̄ndicet. V. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. Sequentia.

Adest nobis dies alma ꝛ magno gaudio plena In qua sācta deo grata congaudet ecclia. Hodie celestis letat turma q̄ gliam cantat in excelsis voce dulcisona cū simphonia. Hodie polorū sctā agmina collaudant regē deū nr̄m natum ex virgie sctā maria. Aue iclite p̄sul xp̄i

R. flos pulcherrie Tu vestigia xpi secut⁹ es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iā gratularis in domo supa possidēs sedes almas. Quē postulam⁹ ꝛ poscimus vna Adiuuēt tua sācta suffragia fragilē vitā nr̄az. O btē. O sācte. N. Laus tibi i gloria. O beate O sctē. N. p nobis supplica Ut vna mereamur sctā celorū̄ templa Possidere leti cernētes alma gaudia, q̄ sūt plena Sit deo laus honorq; ꝛ iubilatio casta. Qui regnat per oia sclo℞ sctā. Amē dicāt oia. Sequētia.

Alma cohors vna laudum sonora nunc prome preconia. Quibus en insignis rutilat. N. vt luna solq; sydera. Meritorum est mirifica radiās idē sacra p̄rogatiua. Hūc nā sophie mistica ornauerunt mire dogmata qua fulsit nitida luculēter per ampla orbis climata. Uerbi necnon fructifera / seuit diuini semina mentium per arua pellendo quoq; cuncta noctis nubila. Hinc famina fundens diua vtpote celestia ferens in se numina. Sublimauit catholica vehementer culmina sancta per eloquia. Is nēpe celse compos glorie nūc exultat inter letabūda celicolarū ouans contubernia. Sublimis extat sede supera fruēs vita semper inexhausta / sat per saluberrima christi pascua. O dignū cuncta laude precelsa. Presulē tāta nactum gaudia. Uirtutū ppter merita quibus viguit ardens velut lampada. Nos voce clara hūc vt iocūda. Dātes oremus preces ꝛ vota. Qui nobis ferat commoda ipetret ꝛ etna poscēs premia. Nō petit presēs caterua presulū gēma. Deuota repēdēs munia mente sincera. Fauēdo tibi p̄cū instātia: scilicet: vt polorū itret limina. Quo iā intra palatia stātes suprema. Leti gratulemur adepti polorū regna. Qui tua presul sistētes hac aula iubilam⁹ ingenti cum leticia. Recinentes dulcia nūc cellaq; allā. Scdm̄ math. xxv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidā peregre p̄ficiscēs vocauit seruos suos: ꝛ tradidit illis bona sua Et vni dedit quinq; talēta: alii duo / alii vero vnum. Unicuiq; secundū̄ proprium virtutem: ꝛ profect⁹ est stati. Abiit aūt qui q̄nq; talēta acceperat ꝛ operatus est in eis / ꝛ lucrat⁹ est alia quinq;. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autē vnū acceperat: abiens fodit in terram / et abscondit pecuniā domini sui. Post multum vero tp̄is: venit dn̄s seruorū̄ illorū̄ / et posuit rationem cū eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat: obtulit alia quinq; talenta dicens. Domine / quinq; talenta tradidisti michi: ecce alia q̄nq; superlucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis: qz super pauca fuisti fidelis / supra multa te constituā / intra in gaudium dn̄i tui Accessit autē ꝛ qui duo talenta acceperat: et ait. Dn̄e / duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis / supra multa te cōstituā. Intra in gaudium dn̄i tui. Scdm marcum. xiii. c.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Uidete vigilate et orate: nescitis eni quādo tempus sit Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā: et dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis / et ianitori precepit vt vigilet Uigilate ergo nescitis enim quando dn̄s domus veniat. Sero an media nocte: an gallicātu an mane. Ne cum venerit re

pēte inueniat vos dormientes. Qđ autem vobis dico/omnibus dico vigilate. Secundum matheum. xxiiij

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Uigilate quia nescitis qua hora dñs vester vētur⁹ sit Illud autē scitote: qm̄ si sciret pr̄familias qua hora fur vēturus esset vigilaret vtiq̄/et non sineret perfodi domuȝ suā. Jdeo ⁊ vos estote parati: qꝛ nescitis qua hora filius hois vētur⁹ est Quis putas est fidelis seruus et prudēs: quē cōstituit dñs supra familiaȝ suā vt det illis cibum in tpe. Beatus ille seruus quē cū venerit dñs ei⁹: inuenerit sic facietē. Amē dico vobis: qm̄ sup oia bona sua constituet eum Euā. Homo quidā nobilis abijt i regionem longīquā. Require i cōi vnius martyris. fo. clxxxvij. In tpe pas. Euange. Ego sū vitis ve. fo. clxxxiij. Offr. Ueritas mea et mia mea cū ipso/⁊ in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. In tpe pas. allā. Offr. Jnueni dauid seruū meum et in oleo sancto vnxi eum. manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meū ꝯfortabit eū. In tpe pas. alleluya. Sec.

Propiciare q̄sum⁹ dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedente pro nobis sancto N. confessore tuo atq̄ pontifice/his sacramentis celestibus seruiētes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos gratia tua/eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dominum nostrū. Alia secreta.

Respice quesum⁹ dñe munera populi tui in sācti. N. cōfessoris tui atq̄ pōtificis honore oblata ⁊ tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. p do. Cōio. Dñe quinq̄ talenta tradidisti michi ecce alia quinq̄ sup lucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui. In tpe pas. allā. Cōio. Beatus seruus quem cū venerit dñs inuenerit vigilantē. amē dico vobis super oia bona sua constituet eum. In tpe pas. allā allā. Cōio. Fidelis seruus et prudēs quē ꝯstituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tpe tritici mensurā. In tpe paschali. allā allā. Postcōio.

Presta q̄s dñe deus noster: vt diuinis misterijs expiati: intercedente beato. N. confessore tuo atq̄ pontifice: ad supni plenitudinē sacramēti: cuius libauimus sctā tēdamus. Per dominum. Alia postcōio.

Nos tuis dn̄e reficis sacramentis sancti. N. confessoris tui atq̄ pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum/⁊ misterijs capiam⁹ ⁊ mētibus. Per dominū. In natali vnius confessoris et doctoris Officium

Sacerdotes dei benedicite dñm/scti ⁊ humiles corde laudate deū. In tpe pas. allā. ℣. Bñdicite oia opa dñi dño: laud. ⁊ superexaltate eū i secla. Oratio

Exaudi dñe preces nr̄as quas i sancti. N. confessoris tui atq̄ pontificis solennitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari/eius p̄cib⁹ ab omnib⁹ nos absolue pctis. Per. Lectio lib. sapie. Ecclasti. xlvij.

Dedit dñs cōfessionem sācto suo: et excelso in verbo glorie De oī corde suo laudauit dñm: et dilexit deum q̄ fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potentiā: ⁊ stare fecit cantores cōtra altare/⁊ i sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebratiōib⁹ dec⁹: et ornauit tēpora vsq̄ ad cōsumationē vite. Ut laudaret nomē sctm̄ dñi: ⁊ āplificaret mane sctitatē dei. Christ⁹ purgauit pctā ipsi⁹: et exaltauit in eternū cornu ei⁹

Sapiētia laudabit aīam suā: ⁊ in deo honorabitur / ⁊ in medio populi sui gloriabit. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suū: ⁊ in cōspectu virtutis ipsius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: ⁊ in plenitudīe sācta admirabit. In multitudīe electorū habebit laudē: et inter benedictos benedicetur. Lectio libri sapientie. vij.

Optaui ⁊ datus est michi sens⁹ ⁊ inuocaui: ⁊ venit in me spiritus sapiētie. Et pposui illā regnis et sedibus: ⁊ diuitias nichil esse dixi ī cōparatiōe illi⁹. Nec comparaui illi lapidē pciosū: qm̄ oē aurū ī cōparatione illius arena est exigua / ⁊ tāq̄ lutū estimabitur argētū in cōspectu illi⁹. Sup salutē et speciē dilexi illā / ⁊ proposui pro luce habere illā: qm̄ inextiguibile est lumē illius. Uenerunt autē michi omnia bona pariter cū illa: ⁊ inumerabilis honestas p manus illius. Et letatus sū in oībus qm̄ antecedebat me ista sapiētia: ⁊ ignorabā: qm̄ oīm bonorū mater est. Quā sine fictione didici: ⁊ sine inuidia cōmunico. Et honestatē illius nō abscondo. Gr. Jurauit dn̄s. Allā. V. Amauit eum. Sequētia de cōi vnius cōfessoris et ponti. Infra septuagesimam. Tra. Beatus vir. Secundum matheū. v. c

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Uos estis sal terre. Qd si sal euanuerit: ī quo salietur: Ad nichilū valet vltra nisi vt mittatur foras: ⁊ cōculcetur ab hoībus. Uos estis lux mūdi. Nō potest ciuitas abscōdi supra mōtē posita nec accēdūt lucernā et ponūt eā sub modio sed sup cādelabrū: vt luceat oībus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt videāt opa vestra bona ⁊ glorificent patrem vr̄m qui in celis est. Nolite putare quoniā veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. Amen dico vobis: donec trāseat celum et terra / iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege / donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis ⁊ docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorū. Offertorium. Ueritas mea. Secreta.

Munera q̄sum⁹ dn̄e tibi dicata scītifica: ⁊ ītercedēte beato N. confessore tuo atq̄ doctore: p eadem nos placatus intende. Per do. Cōio. Fidelis seruus. Postcōmunio.

Presta q̄sum⁹ oīps de⁹: vt de pceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato. N. cōfessore tuo atq̄ doctore: beneficia potiora sumamus. Per dominū. In natali vni⁹ cōfesso. ⁊ abbatis. Offm̄.

Os iusti meditabitur sapientiam ⁊ lingua ei⁹ loquetur iudicium lex dei eius ī corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui beatum. N. confessorem tuū atq̄ abbatē scītitatis gratia decorasti: ipsius meritis fac nos bonis operibus abundare: vt a te sūmo bono omne qd̄ expedit mereamur impetrare. Per dn̄m. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxxix. ca.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dn̄m q̄ fecit illū: et in conspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suū in oratione ⁊ p delictis suis depcabit. Si enī dn̄s magn⁹ voluerit: spū intelligētie replebit illū. Et ip̄e tāq̄ ymbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino. Et ip̄e diriget

cõsiliũ ei⁹ et disciplinã: ꝛ i abscõditis suis cõsiliabit. Et ipse palã faciet disciplinã doctrine sue: et in lege testamẽti dñi gliabit Collaudabũt multi sapientiã ei⁹: et vsq; in sclm nõ delebitur. Nõ recedet mẽoꝛia eius/ ꝛ nomẽ ei⁹ reqret: a generatiõe i gñatione. Gr. Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei ei⁹ in coꝛde ipsi⁹ ꝛ nõ supplantabũtur gressus eius. Allã. ℣. Posui adiutoꝛiũ super potentem et exaltaui electum de plebe mea. Sequẽtia. Adest nobis. vel tractus. Desideriũ. vts̃ in cõi vni⁹ martyris. Secundum lucam. xi. capitu.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernã ꝛ in abscõdito ponit/ neq; sub modio/ sed sup cãdelabꝛũ vt qui ingrediuntur/ lumẽ videãt. Lucerna coꝛporis tui: est ocul⁹ tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totũ coꝛpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit: etiã coꝛpus tuũ tenebꝛosum erit. Uide ergo ne lumẽ quod in te est: tenebꝛe sint. Si ergo coꝛpus tuũ totũ lucidũ fuerit/ nõ habẽs aliquã partẽ tenebꝛaꝝ: erit lucidũ totũ. Et sicut lucerna fulgoꝛis illuminabit te. Offr. Desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei dñe: ꝛ voluñtate labioꝛum ei⁹ nõ fraudasti eum. posuisti in capite eius coꝛonã de lapide p̃cioso. Secr.

Sacrificiũ dñe quod pꝛo sãcti. N. cõfessoꝛis tui atq; abbatis solẽnitate deferim⁹ tibi q̃s fiat acceptũ: vt ei⁹ intercedẽtib⁹ meritis/ nobis augeat te donãte suffragiũ. p do. Cõio. Fidelis seruus et pꝛu. Postcõio.

Libantes dñe sacrosãcta mysteria: pꝛetẽde nobis q̃sum⁹ mĩam tuam: vt que votis expetim⁹ intercedente beato. N. cõfessoꝛe tuo atq; abbata conuersatione tibi placita consequamur. Per dominum.

De quocunq; confessoꝛe. Oratio

Adesto dñe p̃cib⁹ nr̃is quas i scti. N. cõfessoꝛ tui solẽnitate deferim⁹: vt q̃ nr̃e iusticie fiduciaꝫ nõ habem⁹: ei⁹ q̃ tibi placuit meritis et pꝛecibus adiuuemur. p dñz. Epla. Iustũ deduxit. Euãgeliũ. Uidete vigi. Cetera vts̃ sicut de vno ↄt. 2ab. secꝛ.

Suscipe dñe sacrificiũ placationis ꝛ laudis qd̃ nos interueniẽte beato. N. confessoꝛe tuo perducat ad veniã: ꝛ in perpetuam grãruꝫ cõstituat actionem. Per. Post cõio.

Presta q̃s ops deus: vt cui⁹ festiuitate votiua sũt sacramẽta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum. In natali plurimoꝛũ confessoꝛũ. Offm

Sacerdotes eius induãt salutari ꝛ sãcti eius exultatione exultabũt. In tẽpoꝛe pas. allã allã al. ℣. Memẽto dñe dauid: ꝛ oĩs mãsuetudinis eius. Or

Beatoꝛũ ↄfessoꝝ tuoꝝ. N. ꝛ N. nos dñe q̃s tuere pꝛesidijs: vt quoꝛũ festiuitatẽ annua deuotione recolimus: eoꝛũ intercessiõe ab oĩb⁹ aduersitatibus eruamur. p do. Alia oꝛ

Deus q̃ nos sctoꝝ cõfessoꝝ tuoꝛũ. N. ꝛ. N. cõfessionib⁹ gloriosis circundas et pꝛotegis: da nobis et eoꝛum imitatione pꝛoficere/ ꝛ intercessione gaudere. Per dominũ nostrũ. ie. Ad hebꝛeos vij. capitulo.

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secũdũ legẽ: idcirco q̃ moꝛte pꝛohiberẽtur permanere. Iesus autẽ eo q̃ maneat in eternũ: sempiternũ habet sacerdotiũ. Unde et saluare imperpetuũ potest: accedens per semetipsũ ad deũ sẽper viuens ad interpellãdũ pꝛo nobis Talis eni decebat vt nobis esset põtifex sãctus/ innocẽs/ impollutus/ segre-

gatus a pctõꝛib⁹/ꝛ excelsioꝛ celis factus. Qui nõ habet quotidie necessitatẽ queadmodũ sacerdotes pꝛius p suis delictis hostias offerre: deide p ppli. Hoc eni fecit semel se offerẽdo: dñs nr̃ iesus xp̄s. Gr̃. Sacerdotes ei⁹ induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. V̸. Illuc pꝛoducam coꝛnu dauid: paraui lucernam chꝛisto meo. Allã V̸. Fulgebunt iusti et tanq̃ scintille in arũdineto discurrent in eternum. Nulla dicitur seqntia licet noue lectio. habeãtur. Secundum lucam xij. capitulo

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri pꝛecinti: ꝛ lucerne ardẽtes i manibus vr̃is Et vos similes hoib⁹ expectãtib⁹ dominũ suũ: qñ reuertat a nuptijs. Ut cũ venerit ꝛ pulsauerit: cõfesti aperiant ei. Beati serui illi quos cũ venerit dñs: iuenerit vigilãtes. Amen dico vobis: q̓ pꝛecinget se ꝛ faciet illos discũbere/ꝛ trãsiẽs ministrabit illis. Et si venerit in scd̃a vigilia/ꝛ si i tercia vigilia venerit ꝛ ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc aũt scitote q̓ si sciret pr̃familias qua hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiq꞉ ꝛ nõ sineret perfodi domũ suã. Et vos estote parati quia qua hoꝛa non putatis/filius hominis veniet. Scd̃m matheũ. x. cap

In illo tp̃e Misit ies⁹ duodecim discipulos suos pꝛecipiẽs eis: ꝛ dicẽs. In viã gentiũ ne abieritis ꝛ in ciuitates samaritanoꝝ ne itraueritis sed potius ite ad oues q̃ perierũt dom⁹ israel. Euntes aũt p̄dicate dicẽtes: q2 appꝛopiquauit regnum celoꝝ. Infirmos curate/moꝛtuos suscitate/lepꝛosos mundate/demões eijcite Gratis accepistis: gratis date Offꝛ. Exultabunt sãcti in gloꝛia letabũtur in cubilibus suis. exultationes dei in faucib⁹ eoꝝ. In tp̃e pa allã allã. Secr

Adesto dñe pꝛecibus ppli tui adesto muneribus: vt que sacris sunt oblata mysterijs: tuoꝛũ tibi placeãt intercessione sctõꝝ. Per d̃ Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructũ afferatis ꝛ fruct⁹ vester maneat In tp̃e paschal. allã allã. Postcõmu.

Fideles tui deus celestis doni remedijs recreentur: ꝛ sãctoꝛũ quoq꞉ cõfessoꝛũ tuoꝛũ pꝛecibus ab oĩbus q̃s emũdentur delictis. Per d̃

In natali vnius vgĩ ꝛ mar. offm

Dilexisti iusticiã ꝛ odisti iniq̃tatẽ: ppt ea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie pꝛe ꝛsoꝛtib⁹ tuis. In tp̃e paschali. allã allã allã. Ps. Eructauit coꝛ meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Off.

Loq̃bar de testimonijs tuis i cõspectu regũ ꝛ nõ cõfũdebar ꝛ meditabar i mãdatis tuis q̃ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Officium.

Me expectauerunt pctõꝛes vt pderẽt me testimonia tua dñe intellexi: oĩs consummationis vidi finem latũ mandatũ tuũ nimis. Ps. Beati imaculati i via: qui ãbulãt in lege dñi. Or

Exaudi nos deus salutaris nr̃: vt sicut de beate. N. virginis et martyꝛis tue festiuitate gaudem⁹ ita pie deuotiõis erudiamur affectu per d̃. Lctõ libꝛi sapiẽtie. Eccliasti. li

Domine deus me⁹ exaltasti super terrã habitationẽ meã: ꝛ p moꝛte defluẽti depcata sũ. Inuocaui dñm prẽm dñi mei: vt nõ derelinquat me in die tribulationis mee ꝛ in tp̃e supboꝝ sine adiutoꝛio. Laudabo nomẽ tuũ assidue ꝛ collaudabo illud in cõfessione/ꝛ exaudita est oꝛatio mea. Liberasti me a perditione: ꝛ

eripuisti me de tpe iniquo. Propter-
ea confitebor et laudem dicã nomi-
ni tuo: domine deus meus. Lectio li
bri sapientie. Ecclesiastici. li.

Confitebor tibi dñe rex: et col
laudabo te deũ saluatorẽ me-
um. Cõfitebor noi tuo qm̃ adiutor ⁊
protector factus es michi: ⁊ liberasti
corpꝰ meũ a pditiõe. A laq̃o ligue iniq̃
⁊ a labiis operãtiũ mẽdaciũ Et in cõ
spectu astãtiũ: factus es michi adiu-
tor. Et liberasti me: scdm multitudi
nẽ mie nois tui A rugiẽtibꝰ prepara
tis ad escã de manibus q̃rẽtiũ aiam
meã: ⁊ de portis tribulationũ q̃ circũ
dederũt me A pressura flãme q̃ circũ
dedit me ⁊ in medio ignis nõ sũ estu
ata. De altitudine vẽtris iferi: ⁊ a li-
gua coiquinata/ ⁊ a verbo mendacii
A rege iniquo: ⁊ a ligua iiusta Lauda
bit vsq₃ ad mortẽ aia mea dñm: ⁊ vi-
ta mea approp̃iquãserat in inferno
deorsũ. Circũdederũt me vndiq₃: et
nõ erat q̇ adiuuaret. Respiciẽs eram
ad adiutoriũ hoim: ⁊ nõ erat. Mẽo-
rata sũ mie tue dñe ⁊ coopatiõis tue
q̃ a seculo sunt qm̃ eruis sustinentes
te ⁊ liberas eos de manu angustie do
mine deꝰ meꝰ. Lcõ li. sa. Eccle. xxiiii.

Sapientia laudabit aiam suã ⁊
in dño honorabitur: ⁊ in me-
dio ppli sui gliabit. Et in ecclesiis al-
tissimi aperiet os suũ: ⁊ in conspectu
virtutis illiꝰ gliabit. In medio ppli
exaltabitur: ⁊ in plenitudine sancta
admiratur. In multitudine electo-
rum habebit laudem: ⁊ inter benedi
ctos bñdicet dicẽs. Ego ex ore altissi
mi pdiui primogenita ãte oẽm cre-
aturã. Ego quasi libanꝰ non incisus
vaporaui habitationẽ meã: et quasi
balsamum nõ mixtum odor meus.
Ego quasi terebintus extẽdi ramos
meos: ⁊ rami mei honoris ⁊ grẽ. Gr.

Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. V.
Propterea vnxit te deꝰ deus tuꝰ oleo leti-
cie. Gr. Specie tua ⁊ pulchritudine tua:
intende prospere procede ⁊ regna. V. Pro
pter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ et iusticiã ⁊
deducet te mirabiliter dextera tua. Grad
Diffusa est gratia in labiis tuis: ppterea
benedixit te deus in eternũ. V. Propter ve
ritatẽ ⁊ mãsuetudinẽ et iusticiã ⁊ deducet
te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia
et vide ⁊ inclina aurẽ tuã: q2 cõcupiuit rex
speciem tuam. V. Specie tua et pulchritu
dine tua intende psperе pcede et regna.
Gr. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinem
et iusticiã ⁊ deducet te mirabiliter dextera
tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem
tuã: q2 concupiuit rex speciẽ tuam. Allã. V.
Emulor eni vos dei emulatione despondi
vos vni viro virginem castã exhibere xpo
Allã. V. Veni electa mea et ponã te i thro-
nũ meum: q2 cõcupiuit rex speciem tuam.
Alleluya. V. Specie tua et pulchritudine
tua: intende prospere pcede et regna. Al-
leluya. V. Diffusa est gratia in labiis tu-
is propterea benedixit te deus ineternum
Allã. V. Hec est virgo sapiens quã dñs vi
gilantem iuenit. Allã. V. Loquebar de te-
stimoniis tuis in conspectu regum et non
confundebar domine. Tractus.

Diffusa est gratia in labiis tuis: ppter
ea benedixit te deus ineternum. Vꝰ. Spe
cie tua et pulchritudine tua intende pspe
re procede et regna. V. Propter veritatẽ ⁊
mansuetudinem ⁊ iusticiam et deducet te
mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ⁊ vi
de ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit
rex speciem tuam. Sequentia.

Exultemꝰ in hac die festiua. Re
colẽtes dñi magnalia i sãctis
qui operant maxima. Qui inter sua
potẽtie mira in virginũ est maximꝰ
gloria. Sua eni gratia mundi viluit
virginibꝰ põpa. Atq₃ cõtra precepta
regũ restitit virginalis pugna. Fu-

rit rabies vesana deuicta tristak malicia. Crudescit i carne tenera maiora exqrit tormēta. Sed tunc stat firmior caro virginea. Cum multiplicantur noua supplicia Pro etna quā expectant a deo gloria. Letant mortalia affligi sua corpora. Q̄r sūt transitoria. Et in motu subito labentia mundi gaudia Ut flores decidua Ex hac virginea sorte claruit N. cui⁹ hodie celebram⁹ solēnia splēdens inter alias vt lucifer iter minores stellas. Uirgo beata fortiter ferens oia nec mori recusās p gloria pro nobis pie deum exora. Ut tecū in aula exultemus ethera pace ppetua Pro sanctorū virgo gloriosa collaudem⁹ dñm gloria. Secūdū matheum xiij. capi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro. Quē qui inuenit hō abscōdit ꝛ pre gaudio illi⁹ vadit ꝛ vendit vniuersa que habet: ꝛ emit agrū illū. Iterū simile est regnū celoꝝ homini negociatori: qrēti bonas margaritas. Inuēta vna preciosa margarita: abiit ꝛ vēdidit oia q̄ habuit/ ꝛ emit eā. Iterū simile est regnū celorū sagene misse in mare: ꝛ ex oi genere pisciū cōgregāti. Quā cū impleta esset: educētes ꝛ secus littus sedētes elegerūt bonos in vasa sua/ malos aūt foras miserūt. Sic erit in consūmatione seculi. Exibūt āgeli/ ꝛ separabūt malos de medio iustoꝝ: ꝛ mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletus ꝛ stridor dētiū. Intellexistis hec oia: Dicūt ei. Etiā. Ait illis Ideo ois scriba doctus in regno celorū: similis est homini patrifamilias/ q̄ profert de thesauro suo/ noua et vetera Offꝫ Filie regum i honore tuo astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato circūdata varietate. Offꝫ. minor. Offerētur regi virgines post eam proxime ei⁹ offerent tibi. In tpe pal. allā. Offꝫ. maior. Offerentur regi virgines proxime ei⁹ offerentur tibi in leticia et exultatione adducētur in tēplū regi dño. Offꝫ Diffusa est grā i labiis tuis: ppterea bñdixit te deus in eternū ꝛ in seculū seculi. Secreta.

Presta q̄s dñe de⁹ noster: vt sicut in tuo cōspectu mors est preciosa sctōꝝ: ita per eorū merita venerātiū accepta tibi reddat oblatio Per. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea bñdixit te deus in eternū. In tpe pal. allā allā. Cōio. Principes psecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. cōcupiuit aia mea testimonia tua dñe ꝛ dilexit ea vehemēter. Cōio. Feci iudiciū et iusticiā dñe. nō calūniētur michi supbi. ad oia mādata tua dirigebar oēm viam iniquitatis odio habui. Cōio. Simile est regnum celorum homini negociatori querēti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit oia sua et comparauit eā. Cōio Quinqꝫ prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cū lāpadib⁹ media autē nocte clamor fact⁹ est ecce sponsus venit exite obuiam christo dño. Postcōmunio

Refecti cibo potuqꝫ celesti de⁹ noster te supplices exoramus vt in cui⁹ hec cōmeōratione percepimus: eius muniamur et precibus. P.

In natali vnius virgis non martyris. Officium. Dilexisti. Oratio.

Omps sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̄s sctē. N. virginis tue placitis tibi meritis commendari/ cuius vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dñz. ii. Ad corinthios x. c.

Fratres: Qui gloriat in domino glorietur Nō eni q̄ seipm

cõmẽdat ille probatus est: sed quẽ deus commendat. Utinã sustineretis modicũ quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor enim vos: dei emulatione. Despõdi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. Lectio libri sapientie viij.

Sapiẽtia vicit maliciam. Attingit ergo a fine vsqȝ ad finẽ fortiter: et disponit oĩa suauiter. Hanc amaui ꝛ exquisiui a iuuẽtute mea: et q̃siui eam sponsã michi assumere/ et amator factus sũ forme illi⁹. Generositatẽ illius glificat cõtubernium habens dei: sed ꝛ oim dñs dilexit illã Doctrix est ei discipliẽ dei: ꝛ electrix operũ illi⁹. Lectio isaye pphẽ lj. ꝛ lij.

Gaudẽs gaudebo in dño: ꝛ exultabit aĩa mea in deo meo. Qr induit me vestimẽto salutis: ꝛ indumento leticie circũdedit me. Quasi spõsũ decoratũ corona: et quasi spõsã ornatã monilib⁹ suis Sicut enim terra pfert germẽ suũ / ꝛ sicut ortus semẽ suũ germinat: sic dñs deus germiabit iusticiã / ꝛ laudẽ vniuersis gẽtib⁹. Habitabit eñi iuuenis cũ virgĩe ꝛ habitabũt in te filij tui Et gaudebit spõs⁹ sup spõsã: ꝛ gaudebit sup te de⁹ tu⁹ Dicit dñs oĩps. Gr. Dilexisti. Allã. Diffusa est. Allã. ℣ Emulor. Sequẽt̃ a.

Virginis venerãde de numero sapiẽtum festa celebrem⁹ socij. Filie matris sũmi regis sacrosãcte marie. Quã sibi in sororem dei adoptauit fili⁹. Hec corp⁹ suũ domuit freno ieiunij. Et luxuriã secuit ense agonie. Hec cõtra cũctos hostis dimicauit ipetus. Et hostem cruentũ freta xpi dextera strauerat. Hec sponsũ ab aula celi sese iuisẽtẽ alacrꝭ Corde iocũdo secuta ei⁹ est igressa thalamũ Tuqȝ iã dulcib⁹ plena delicijs Xpo miserias nr̃as suggerito Nobꝭ ꝯsolatio nẽ pcãdo. Secũdũ matheũ xxv. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ decẽ virginib⁹: que accipiẽtes lãpades suas / exierũt obuiã spõso et spõse. Quĩqȝ autẽ ex eis erant fatue: ꝛ quĩqȝ prudẽtes. Sed quĩqȝ fatue acceptis lãpadib⁹: nõ sũpserũt oleũ secũ Prudẽtes vero accepertũt oleũ in vasis suis: cũ lãpadib⁹. Moram aũt faciente spõso: dormitauerũt oẽs et dormierũt Media autẽ nocte clamor fact⁹ est: ecce spons⁹ venit / exite obuiã ei Tũc surrexerũt oẽs virgines ille: et ornauerũt lãpades suas. Fatue aũt sapiẽtibus dixerũt. Date nobis de oleo vr̃o: qr lãpades nostre extinguũtur Rñderũt prudẽtes dicentes. Ne forte nõ sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vẽdentes et emite vobis. Dum autẽ irent emere: venit sponsus Et que parate erãt itrauerũt cum eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Nouissime vero veniunt ꝛ reliq̃ virgines dicẽtes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos Uigilate itaqȝ: quia nescitis diẽ neqȝ horã. Offr. Offerẽtur. minor. Secreta.

Offerimus tibi dñe pces ꝛ munera in honore sancte. N. virginis tue gaudẽtes. presta quesum⁹: vt ꝛ cõueniẽter hec agere / ꝛ remedium sẽpiternum valeam⁹ acquirere. Per do. Cõio. Diffusa est. Postcõmu

Prosint nobꝭ dñe q̃s sũpta mysteria parit qȝ nos intcedente btã vgĩe tua. N. ꝛ a pctis exuãt: ꝛ psidio tue ppiciatiõis attollãt. P. In nata. plurimarũ virginũ. Officium.

Vultũ tuũ depcabũtur oẽs diuites plebꝭ adducent regi virgĩes post eam proxime eius adducentur tibi

leticia et exultatione. psal. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui humanum genus vt ad cōfessionē tui nois prouocares: etiā i sexu fragili victoriā martyrii cōtulisti. psta qs: vt ecclia tua hoc exēplo cōmonita / nec pati p te metuat vt celestis pmii gliam concupiscat. p. Epla. Fres de virginib9. Reqre i fe. sctār ppetue z felicitat. Alia epi. O q pulchra. reqre i nati. btē ma. gr. Gliosus de9. Reqre s i cōi plu. marty. Allā. V. Adducent regi virgines post eam pxie ei9 offerētur tibi i leticia z exultatiōe Euāg. Simile est regnū celor decē virgi. Offr. Offerētur. minor Secr.

Ac nos qs dñe beatar virginū z martyrū tuarū. N. z. N. cōtinuis presidiis adiuuari: pro quarum venerāda recordatione hec dona maiestati tue dicanda offerim9. p do. Cōio. Quinqz prudentes. Postcōio.

Presta qs ops deus: vt qui in sanctarum virginū z martyrum tuarū. N. et N. solennitate percepimus diuina mysteria: earum intercessione remedia capere mereamur eterna. Per dominum no. iesū De virginib9 nō martyrib9. Or.

Omps sēpitne de9: q nos idoneos nō esse ppēdis ad maiestatē tuā sicut dignū est exorādā: fac sāctas virgies tuas. N. z. N. p nris interuenire pctis: quar meritis nobis indulgentiā largiaris. Per d. Secret.

Intercedētibus sāctis virginibus tuis. N. z. N. qsumus dñe plebis tue mun9 sanctifica: vt ab oibus noxiis expedita / z hic te ineternum cuncta sibi profutura pcipiat. Per dominum. Postcommunio.

Quesiuimus dñe deus nr: vt sacri mysterii munus indultū intercedentibus sanctis virginibus tuis. N. et. N. z presentis nobis vite subsidium / et eternitatis largiatur effectum. Per dominū. In cōmemoratioe sctē trinitatis. Officium.

Benedicta sit sctā trinitas atqz indiuisa vnitas confitebimur ei: qr fecit nobiscū miam suā. In tpe pas. alleluya allā. ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Oratio.

Omps sempiterne de9 qui dedisti famulis tuis i cōfessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere z in potētia maiestatis adorare vnitatē qs: vt eiusdē fidei firmitate ab oib9 sēper muniamur aduersis In qua viuis. ii. Ad corithios xiii

Fratres: Gratia dñi nostri iesu christi z caritas dei: z communicatio sācti spiritus sit semper cum omnibus vobis In christo iesu dño nostro. Ad romanos xi. capitu.

O altitudo diuitiarū sapiētie et sciētie dei: q incomprehēsibilia sūt iudicia eius / z inuestigabiles vie ei9? Quis eni cognouit sensum dñi? Aut qs cōsiliarius ei9 fuit? Aut quis prior dedit illi / z retribuetur ei? Qm ex ipso z p ipsum: z in ipso sūt oia. Ipsi glia: in secula seculorū amen. Gr. Benedictus es dñe qui intueris abyssos z sedes super cherubin. V. Bndicite deū celi: quia fecit nobiscū miam suam. Allā. V. Bndictus es dñe deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Se. iohāne. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclit9 quē ego mittā vobis a pre spm veritatis / quia pre pcedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testionū perhibebitis: qr ab iitio mecum estis Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absqz synagogis fa.

cient vos. Sed venit hora: vt ois q̄ i terficit vos arbitrer̄ obsequiū se pre stare deo. Et hec faciēt vobis: q2 nō nouerūt prēm neq3 me. Sed hec lo cut9 sū vobis: vt cū venerit hora eo rū reminiscamini q2 ego dixi vobis Offer. Benedictus sit deus pater vnige nitusq3 filius sāctus quoq3 spiritus: quia fecit nobiscum misericordiā suam. In tē pore paschali dicitur allā. Secreta.

SAnctifica q̄s dn̄e de9 trinitas sancta p tui sancti nois inuoca tionē hui9 oblatiōis hostiā: et per eā nosmetipsos tibi pfice munus eter nū. In qua viuis et regnas. Prefatio Qui cū vnige Cōio. Bn̄dicim9 deū ce li et coram omnibus viuentibus confitebi mur ei: quia fecit nobiscum misericordia3 suam. In tp̄e pascha. allā allā. postcō.

PRoficiat nobis ad salutē cor poris et aie dn̄e deus huius sa cramēti susceptio: et sempiterne sctē trinitatis eiusdēq3 idiuidue vnitatis cōfessio. In qua. Mis. de āge. offm.

BEnedicite dn̄m oēs ange li eius potētes virtute qui facitis verbum eius ad au diēdam vocem sermonū eius. Tp̄e paschali allā. ps. Bn̄dic aia mea dn̄o et oia que intra me sunt noi sctō eius. Orō.

PErpetuū nobis dn̄e tue mise rationis presta subsidiū: qui bus et angelica pstitisti suffragia nō deesse. Per dominum. Lectio libri apocalipsis beati iohis apostoli. xix.

IN dieb9 illis: Dixit michi an gelus. Scribe. Bti qui ad ce nā nuptiarū agni vocati sunt. Et di xit michi. Hec verba dei vera sūt. Et cecidi āte pedes ei9: vt adorarē eū. Et dixit michi. Uide ne feceris. Conser uus eni tu9 sū et fratrū tuorū/haben tiū testimoniū iesu: deū adora. Gra. Bn̄dicite dn̄m oēs āgeli eius potētes vir tute q̄ facitis verbū ei9. V. Bn̄dic aia mea dn̄o: et oia interiora mea nomē sanctū ei9. Allā. V. In ꝯspectu angelorum psallam tibi dn̄e deus meus. Scd̄m iohannem v.

IN illo tp̄e: Ascēdit iesus hiero solimā. Est aūt hierosolimis probatica piscina q̄ cognominabat hebraice bethsaida: q̄nq3 portic9 ha bens. In his iacebat multitudo ma gna languētiū: cecorū/claudorū/ari dorū/expectantiū aque motū Ange lus aūt dn̄i scd̄m tēpus descēdebat i piscinā: et mouebat aqua. Et qui pri or descēdisset in piscinā post motio nē aq̄: sanus fiebat a quacūq3 detine batur infirmitate. Offer. Stetit āge lus iuxta arā tēpli habēs thuribulū aure um in manu sua et data sūt ei incensa mul ta, et ascendit fumus aromatum in con spectu dei alleluya. Secreta.

HOstias tibi dn̄e laudis offeri mus suppliciter deprecātes/ vt easdē angelico pro nobis interue niente suffragio et placatus accipias et ad salutē nostrā prouenire conce das. Per d. Cōio. Bn̄dicite oēs angeli dn̄i dn̄o/ hymnū dicite et superexaltate eū in secula. In tp̄e paschali allā. postcō.

REpleti dn̄e bn̄dictione celesti suppliciter imploram9 vt qd̄ fragili celebram9 officio: sāctorū an gelorū atq3 archāgelorum/ oimq3 cele stiū spirituū nobis pdesse sētiamus auxilio. Per d. Sciēdū est q̄ p to tū aduētū. A dn̄e ne in ira. vsq3 ad ca put ieiunii. et ab octaua pasc. vsq3 ad ascēsionē dn̄i. et a festo sctē trinitat. vsq3 ad aduētum dn̄i singulis ebdo. se mel solet dici missa. Salus ppli. pro fratrib9 et sororibus ita videlicet q̄ si vacauerit a festis sāctorum et extra oc. cū regimie cho. et si missa do. i ebdo. cātāda fuerit cōpleta. Cōmemoratio quoq3 be. ma. et festi loci et ppriе epie

et euangelia ppria ppter illã missa nõ fuerint ptermissa. Tũc illa si qua dies vacauerit est cãtãda. Si vero ppꝛie epystole et ppꝛia euãgelia que quartis feriis intitulãtur frequẽt neqꝫ aut ibi dici: i primus sequẽtib⁹ feriis si vacauerit plegãtur. nec ppter missã Salus populi. vel Nos aũt gliari alicubi p totũ annũ aliqualit obmittant. In missis etiã Salus populi. vel Nos aũt. sup kyꝛie. Sctũs. Agn⁹. sẽp dr̃ cãt⁹ ferialis Et notandũ est ꝙ per totũ tp̃s pꝛedictũ qñ missa dñicalis i dñica vel i scd̃a feria cãtata fuerit et. iij. fe. vacauerit semp dr̃ missa. Salus populi. in ipsa. iij. fer. et si non vacauerit tũc i aliqua fe. illi⁹ ebdo. q̃ ad hoc vaca. cãtet Et sciẽd. est ꝙ missa. Salus populi. est in dispositiõe cantoꝛis: qñ cõueniẽti⁹ et quota feria potest dici Qñ vero dr̃ missa Salus populi. tũc nulla dicit memo. de W. neqꝫ de aliqua alia missa triũ lectionũ: nisi in aduentu. Ad missam. Officiũ

Salus populi ego suȝ dicit dñs de quacũqꝫ tribulatione clamauerit ad me exaudiã eos/ et ero illoꝝ dñs in perpetuum. In tp̃e pascha. alleluya allã. ps. Attẽdite popule meus legem meam: inclinate aurẽ vestram in verba oꝛis mei. Glia in excelsis. In hac mis. Oꝛ

Deus q̃ caritatis dona p gratiã scti spũs tuoꝝ coꝛdib⁹ fidelium infũdis: da famulis et famulabus tuis fratrib⁹ et soꝛoꝛib⁹ nr̃is p quib⁹ tuã depcamur clemẽtiã salutẽ mentis et coꝛpoꝛis vt te tota virtute diligãt/ et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per dominum In vnitate. Lectio isaye pꝛophete. xix. c.

Hec dicit dñs deus: In die illa deferet munus dño exercituum: et rex foꝛtis dñabit eoꝛũ. In die illa erit altare dño in medio terre/ et cognoscet dñs: et colẽt eũ i hostijs et muneribus/ et vota vouebũt dño et soluẽt. Et reuertent ad dñm et placabitur eis: et sanabit eos In die illa erit isrl̃ bñdictio i medio tre: cui bñdixit dñs exercituũ dicens. Bñdict⁹ populus meus: et op⁹ manuũ mearũ hereditas mea israel. Dicit dominus ops. Gr. Pꝛopicius esto dñe peccatis nostris neqñ dicant gentes vbi est de⁹ eoꝛum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et pꝛopter honoꝛẽ nois tui dñe libera nos. Allã. ℣. Ostende nobis dñe miam tuam et salutare tuũ da nobis. Tp̃e pasch. scd̃m allã. erit de missa dñicali. p ebdomadã sicut i fe. sine regimie choꝛi tñ i pces. vbi fiat statio scd̃m allã. nõ dicet. Iste mod⁹ obseruet in missa p pace et i cõsimilib⁹. Scd̃ȝ marcũ. xij.

In illo tp̃e: Sedẽs iesus cõtra gazophilaciũ: aspiciebat quomodo turba iactabat es i gazophilaciã Et multi diuites iactabãt multa Cũ venisset aũt vna vidua paupcucula: misit duo minuta quod est quadrãs Et cõuocãs discipulos suos: ait illis. Amen dico vobis: qꝛ vidua hec paupcula pl⁹ oib⁹ misit q̃ miserũt in gazophilaciũ. Oẽs eni ex eo qd̃ abũdabat illis miserũt: hec vero de penuria sua oĩa q̃ habuit misit totũ victũ suũ. Offr̃. Exaudi deus oꝛationẽ meã et ne despexeris depcationẽ meã itẽde i me et exaudi me. In tp̃e pa. allã. Sequẽtes duo ℣. dñr alt'nis vicib⁹ infra aduentum domini: et a. lxx. vsqꝫ ad. l. tantũ. ℣. Cõturbatus sũ a voce inimici et a tribulatione peccatoꝛis et expectabam cũ qui me saluum faceret. ℣⁹. Ego autem ad deũ clamaui. libera aiam meã et extendes manũ tuã in retribuẽdo illis. Secreta.

Miserere q̃s dñe famulis et famulabus tuis p quib⁹ hoc sa

crificiū laudis tue offerim⁹ maiestati/et presta: vt p hec sctā supne benedictiōis grām obtineāt: ꝗgliam eterne felicitatis acquirant Per dominū

Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tpe pascha. allā. Postcōio.

Diuina libātes misteria quesumus dñe/vt hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacē: pro quorū quarūqꝫ dilectione hec tue obtulimus maiestati. Per do. De sācto spū. Offīm

Spiritus dñi repleuit orbē terrarū allā. et hoc qđ cōtinet oīa sciētiā habet vocis allā allā allā. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Or.

Deus qui corda fideliū scti spirit⁹ illustratiōe docuisti da nobis i eodē spū recta sapere: et de eius semper cōsolatiōe gaudere. p do. In vnitate. Lectio actuū aplor. viii. ca.

In diebus illis: Cum audisset apostoli qui erant hierosolymis qꝛ recepisset samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū ꝛ iohānē. Qui cū venisset: orauerūt p ipsis/vt acciperent spm sctm. Nondū eni in quē q̄ illor venerat: sed baptizati tantū erāt/in noīe dñi iesu. Tūc iponebāt man⁹ sup illos: et accipiebāt spm sāctū. Gr. Beata gēs cui⁹ est dñs de⁹ eor populus quē elegit dñs in hereditatē sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt et spū oris eius oīs virtus eorum. Allā. ℣. Ueni sctē spūs reple tuorū corda fidelium ꝛ tui amoris i eis ignem accēde. In tpe pas. Allā. ℣. Emitte spm. et ii. Allā. ℣. Ueni sancte. vt supra. Secundū iohannem. xiiii.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniem⁹/ꝛ mansionē apud eū faciem⁹. Qui non diligit me: sermones meos non seruat Et sermonē quē audistꝭ nō est me⁹: sed ei⁹ qui misit me patris. Hec locutus sū vobis: apud vos manēs. Paraclit⁹ aūt spūs sctūs quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa ꝛ suggeret vobis oīa quecūqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quomodo mūd⁹ dat: ego do vobis Non turbetur cor vrm: neqꝫ formidet. Audistis qꝛ ego dixi vobis: vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me/gauderetis vtiqꝫ. qꝛ vado ad patrē. quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatꝭ. Iā nō multa loquar vobiscū. Uenit eni princeps mūdi hui⁹: ꝛ in me non habet quicq̄ Sed vt cognoscat mūdus: qꝛ diligo patrē. Et sicut mādatū dedit michi pater: sic facio. Offr. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo quod est in hierusalem: tibi offerent reges munera. alleluya. Secreta.

Munera q̄s dñe oblata sāctifica: ꝛ corda nr̄a sācti spirit⁹ illustratione emūda. Per do. In vnitate eiusdē. Prefa. Qui ascēdens. nō dr̄ in hac prefatione. Hodierna die. nisi in ebdom. pentheco. tm̄ Cōio. Fact⁹ est repēte de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes allā. et repleti sūt oēs spū sancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Post cōmunio

Sācti spūs dñe corda nr̄a mundet ifusio: ꝛ sui rorꝭ itima aspsione fecūdet. Per do. In vni. In cōmēoratione corporis xpi. Officiū

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya. ꝛ de petra melle saturauit eos. allelu ya alleluya alleluya. ps. Exultate deo

deo adiutori nro: iubilate deo iacob. Or. Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriã reliquisti. tribue qs: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum/in nobis iugiter sentiamus. Qui vi. Ad corinthios. i. xj. capitulo

Fratres: Ego eñ accepi a dño qd et tradidi vobis: qm dñs iesus xps in qua nocte tradebatur. accepit panẽ et grãs agẽs fregit et dixit. Accipite et mãducate Hoc est corpus meũ quod p vobis tradetur: hoc facite in meã cõmẽorationẽ. Similit et calicem postq̃ cenauit: dicens. Hic calix nouũ testamẽtũ est: in meo sanguine. Hoc facite quotiẽscũq bibitis in meã cõmẽorationẽ. Quotienscũq eñi mãducabitis panẽ hũc/et calicẽ bibetis: mortẽ dñi annũciabitis donec veniat. Itaq q̃cũq manducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi idigne reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autẽ seipsũ hõ: et sic de pane illo edat et de calice bibat Qui eñi mãducat et bibit idigne: iudiciũ sibi mãducat et bibit/non diiudicans corp⁹ dñi. Gr. Oculi omniũ in te sperant domine. et tu das illis escã in tpe opportuno. V. Aperis tu manum tuam et imples oẽ aĩal bñdictiõe. Allã. V. Caro mea vere est cib⁹ et sanguis meus vere est potus: qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinem in me manet et ego in eo. S. iohẽm. vj. c

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea vere est cib⁹: et sãguis me⁹ vere est pot⁹ Qui mãducat meã carnem et bibit meũ sãguinẽ: in me manet et ego i illo. Sicut misit me viuẽs pr: et ego viuo ppt patrẽ. Et q̃ manducat me: et ipse viuet ppt me Hic est panis q̃ de celo descẽdit. Nõ sicut mãducauerũt pres mei mãna: et mortui sũt. Qui mãducat hũc panẽ viuet i etnũ Off. Sacerdotes dñi icẽsũ et panes offerũt deo et ideo sãcti erũt deo suo et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propicius dona cõcede: que sub oblatis muneribus mystice designantur. Per dominum. Prefatio. Quia per incarnati. Cõio. Quotienscunq manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortẽ domini annũciabitis donec veniat itaq q̃cunq manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini alleluya. Postcõio.

Fac nos q̃sum⁹ dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosi corporis et sanguinis tui temporalis pceptio prefigurat. Qui vi. Sciend. est q missa de cruce dr oi sexta feria a Deus oim. vsq ad aduentũ dñi: nisi festũ. ix. lec. impediat. vel oct. cũ regimine chori vel dies octa. vel q ex necessitate oporteat agere missam dñicalem: vel aliqd tale festũ triũ lec. qd aliqd proprium habet seruitiũ. Si vero in. vi. feria aliquod festũ triũ lec. euene. vnde nullũ propriũ habeat seruitiũ: tunc est i dispositiõe cãtoris dicere missã de cruce vel nõ. Cum vero sexta feria oino a festo vacauerit/et non oportet ex necessitate dicere missam dñicale: semper ifra pdictũ tps dr missa de cruce Quis omnẽs hore dicãtur de feria/et nulla fiat memoria de missa dñicali Tamẽ si oporteat dicere missam. Salus ppli. oino pretermittat missa de cruce. De cruce. officium

Nos autem gl'ari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nra p quem sal-

uati et liberati sum⁹. In tē. pas alla. alla.
Ps. Deus misereatur nr̄i et bñdicat nobis illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. nō dr Glia in excelsis. Or.
Deus qui vnigeniti filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i/ p̄cioso sanguie viuifice crucis vexillū sc̄tificare voluisti: cōcede q̄s eos qui eiusdē sancte crucis gaudēt honore: tua quoq₃ vbiq₃ protectione gaudere. Per eūdem dominum. Ad philippenses ij. cap.
Fratres: Christus factus est p̄ nobis obediēs vsq₃ ad mortē: mortē aūt crucis. P̄pt qd̄ et deus exaltauit illū et donauit illi nomē qd̄ est sup oē nomē vt in noie iesu oē genu flectat celestiū terrestriū et ifernoꝝ. Et ois ligua cōfiteatur: q₂ dñs nr̄ iesus xp̄s: i glia est dei patris. Gr.
Christ⁹ fact⁹ est p̄ nobis obediēs vsq₃ ad mortē: mortē aūt crucis. V. Propter quod et de⁹ exaltauit illū et dedit illi nomē qd̄ est sup oē nomē. Allā. V. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera q̄ sola fuisti digna sustinere regē celoꝝ et dñm. In t. pa. scdm alla. V. Nos autē gliari oportet in cruce dñi nr̄i iesu xp̄i. Se. matheū xx. c.
In illo tp̄e: Ascēdēs ies⁹ hierosolimā: assūpsit duodeci discipulos suos secreto / et ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolimā: et filius hoīs tradet p̄ricipib⁹ sacerdotū et scribis et cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gētib⁹: ad illudēdū et flagellādū et crucifigēdū. Et tercia die resurget. Offꝫ.
Protege dñe plebē tuā per signū sc̄te crucis ab oib⁹ isidiis iimicoꝝ oimbt tibi gratā exhibeam⁹ seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificiū nr̄m. In t. pa. allā. Secꝫ.
Hec oblatio q̄s dñe ab oib⁹ nos purget offensis q̄ in ara crucis immolata: etiā toti⁹ mūdi tulit offēsas. Per dñm. Prefatio. Qui salutem huma. Cōio. Per lignū serui facti sum⁹ et p̄ sc̄tam crucē liberati sum⁹ fruct⁹ arboris seduxit nos fili⁹ dei redemit nos allā. Et finiat cū allā. qñcūq₃ dicit: nisi infra. lxx. vsq₃ ad pascha. Postcōmunio
Adesto nobis domine de⁹ noster: et quos sancte crucis letari facis honore: eius quoq₃ perpepetuis defende subsidijs. Per dñm.
¶ Sanctus bonifacius [illegible] egrotauit vsq₃ ad mortem qui instanter petiit a deo vitam in hoc seculo sibi prolongari. Ad quem misit domin⁹ sanctum raphaelem archangelū cū officio misse de quiq₃ vulnerib⁹ christi dicens [illegible]. Surge et scribe istud officium et dicas ipsū quiq₃ vicibus: et continuo recipies sanitatem. Et quicunq₃ sacerdos hoc officium deuote pro se vel pro alio egrotante celebrauerit quinquies: hic sanitatem et gratiam recipiet / et in futuro vitam eternam possidebit: si i bono perseueret. Et in quacūq₃ tribulatiōe homo extiterit in hoc seculo: si procurauerit a sacerdote hoc officium quinquies pro se legi: sine dubio liberabitur. Et si pro anima defūcti legatur: statim postq̄ completedictum fuerit / scilicet quinquies: a penis anima soluetur. Sanct⁹ igitur bonifacius [illegible] hec audiens statim erexit se in loco quo iacuit infirmatus: et ipsum coniurauit per omnipotentem deum vt absq₃ suo periculo recederet. et quis esset et adquid venisset sibi continuo idicaret. Qui statim dixit se esse archangelum raphaelem a deo sibi missum: et superius pronunciata promittebat sine dubio fore rata. [illegible]

Incipit officiu̅ de .v. vulneribus domini nostri iesu christi

Humiliauit semetipsum dominus noster iesus xp̄s vsqꝫ ad mortem mortē autem crucis propter qđ ꝛ deus exaltauit illum ꝛ donauit illi nomē qđ est super oē nomē. ps. Misericordias dn̄i i eternu̅ cātabo. et dr̄ Glia i excel. Nisi per aduentu̅ ꝛ septuage. vsqꝫ ad pascha. Or.

Domine iesu xp̄e fili dei viui q̄ de celo ad terram de sinu patris descēdisti/ꝛ in ligno crucis q̄nqꝫ plagas sustinuisti/ꝛ sāguinē tuu̅ p̄ciosu̅ i remissionē pctōꝝ nr̄oꝝ effudisti. te hu̅militer dep̄camur: vt i die iudicij ad dexterā tuā assistētes a te audire mereamur illā vocē dl̄cissimā venite bn̄dicti in regnu̅ p̄ris mei. Qui cu̅ eodē p̄re i vni. sp̄ūs scti vi. ꝛ re. de⁹ Per oīa. Addat etiā vna coll'. vbi placuerit scđꝫ nu̅c ꝛ tp̄is exigētiā p viuo vel p defu̅cto p quo iste misse celebrātur. Lectō zacharie pphete. xij.

Hec dicit dn̄s de⁹: Effu̅dam de sp̄u̅ meo super domu̅ dauid ꝛ super habitatores hierl̄m sp̄m grē ꝛ miseratiōis: ꝛ aspiciēt i eu̅ quē cōfixerunt/ꝛ plāgēt eu̅ plāctu quasi super vnigenitu̅. ꝛ dolebu̅t sup eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit plāct⁹ magn⁹ in hierl̄m: ꝛ dicetur ei. Que su̅t iste plage in medio manuu̅ tuaru̅? Et dicet eis. His plagat⁹ su̅ in domo eoꝝ: qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meu̅: et super viru̅ coherētē michi. dicit dn̄s exercituum. Percutiā pastorem / et dispergentur oues gregis: ait dn̄s omp̄s. Gr. Improperiu̅ expectauit cor meu̅ ꝛ miseriā ꝛ sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesiui et non inueni. Et dederu̅t in escā meā fel ꝛ in siti mea potaueru̅t me aceto. Allā. ℣. Aue rex nr̄ iesu xp̄e tu solus nr̄os errores et reat⁹ miserat⁹ ptulisti. p̄ri obediēs duct⁹ es ad crucē. vt agn⁹ mā̄suet⁹ ad occisionē. tibi glia osāna tibi su̅me laudis ꝛ honestatis chorea. Tract⁹

Iudica me de⁹ ꝛ discerne causā meā de gēte nō sctā ab homie iīquo ꝛ doloso erue me. ℣. Qr tu es de⁹ fortitudo mea quare me repulisti ꝛ quare tristis incedo du̅ affligit me inimic⁹. ℣. Testes eni iīq̄ isurrexe͛t aduersu̅ me ꝛ mētita est iīq̄tas sibi. ℣. Supra dorsu̅ meu̅ fabricauerūt pctōres ꝓlōgaueru̅t iīq̄tatē suā. ℣. Ipsi vo ꝯsideraueru̅t ꝛ īspexeru̅t me diuiserūt sibi vestimēta mea ꝛ sup vestē meā miseru̅t sortē. ℣. Foderu̅t man⁹ meas ꝛ pedes meos et dinumeraue runt omnia ossa mea. et dolorem super dolorē vulnerib⁹ meis addideru̅t. Seq̄ntia.

Cenā cum discipulis xp̄e celebrasti/et mortē apostolis palam nunciasti auctorē sceleris iudā demonstrasti/et egressus protinus ortulum intrasti. Tu̅c pcidens dn̄s humo se prostrauit et transferri calicem a se postulauit: sed p̄ris arbitrio illud commēdauit. et ecce mox sanguinis sudor emanauit. Iudas post hec osculum ori dedit xp̄i. ađq̄đ inq̄t dn̄s amice venisti. nunquid trades osculo quem iam vendidisti? Assistētes protinus irruunt ministri. Nox insomnis itaqꝫ tota ducebatur: nulla prorsus requies iesu prestabatur / ministrorum impia plebs iniuriatur / alapis et colaphis innocens mactatur. Dum iesu̅ eripe pylat⁹ conatur iudeoru̅ furia magis īflamatur/ꝛ tumultus populi ingens excitatur / et plebis vox intonat vt crucifigatur. Traditur militib⁹ vinculis artatur

vndiqꝫ verberibus corp⁹ cruētat / caput regis glorie spinis coronat post qꝫ flexis genibus a cūctis irritat. Ecce caro tenera pij saluatoris ad colūnā nequiter coartatur loris / tā flagellis ceditur impij tortoris q̄ emanāt riuuli vndiqꝫ cruoris Post hec vrbis mediū ies⁹ pcedebat / ⁊ crucis patibulū hūeris ferebat ad fores / ad hostia popul⁹ fluebat / eiusqꝫ cōfusio oībus patebat. Ad pudoris cumulū iesu denudaris ⁊ vētis ac frigori nudus spoliaris: inocēs cū impijs ī cruce dānaris / et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachijs man⁹ cōclauātur corporis mēbra singula penis tractabāt nerui vene simili modo laniant / pedes plāte etiā ferro cōclauant. Loquēs ies⁹ postea sitio dicebat / ⁊ acetū ptin⁹ felle cōmiscebat ac infusū spongie ori porrigebat qđ degustās paululū sumere nolebat. O iesu mirifice qđ est quod agebas / tu de siti cōqrēs de cruce silebas / nūqđ hāc dolorib⁹ magis sētiebas / aut salutē potius nostrā sitiebas. Vocē promēs vltimā patrē iuocasti spm̄qꝫ manib⁹ ei⁹ cōmēdasti / cū clamore valido tandē expirasti sic salutē oīm ita consūmasti. Nūc ergo superbio tu hūiliaris / ego culpas ppetro / tu pena grauaris / ego pomū mordeo tu felle potaris / ego peto mollia tu dire tractaris. Demū cui⁹ valeat mēs vel ligua fari / virgo m̄r t⁹ credit quantū cruciari dū cernit mortuū latus vulnerari atqꝫ nati viscera lancea rimari. Corp⁹ quidē mortuū iā nil sentiebat militis sed lācea pect⁹ infigebat quā firā in filij latere videbat / vnde aqua sāguie mixta effluebat. Fūdūt riuos sāguinis mēbra saluatoris pperet huc anima tristis peccatoris ⁊ hauriat quippiam sacrati liquoris / quo frequēter liniat vulnera doloris Ad hūc ergo propera fontē saluatoris: vt fluentis impleas viscera dulcoris atqꝫ vite lauachrū preciū cruoris / quo tui curatio profluat languoris. Secundum iohannem xix. cap.

In illo tpe: Sciēs iesus q̄ iam oīa consūmata erant vt cōsūmaret scriptura: dixit Sitio Uas autē erat positū aceto plenū. Illi autē spōgiā plenā aceto ysopo circūponētes obtulerūt ori ei⁹ Et cū accepisset ies⁹ acetū: dixit. Cōsūmatū est. Et inclinato capite: tradidit spiritū Iudei ergo qm̄ parasceue erat vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato [erat eni magn⁹ dies ille sabbati] rogauerūt pylatū vt frāgerēt eorū crura et tollerent Uenerūt ergo milites ⁊ primi qđē fregerūt crura ⁊ alteri⁹ q̄ crucifixus est cū eo. Ad iesū aūt cū venissēt: vt viderūt eū iā mortuū / nō fregerūt ei⁹ crura. s; vnus militū lācea lat⁹ ei⁹ apuit / ⁊ ɔtinuo exiuit sāguis ⁊ aqua. Et q̄ vidit testimoniū phibuit: ⁊ verū est testimoniū ei⁹. Offer. Insurrexerunt in me testes iniqui absqꝫ mia quesierūt me interficere ⁊ nō pepercerunt in faciē meā spuere ⁊ lāceis suis vulnerauerūt me ⁊ ɔcussa sūt oīa ossa mea Secret

Domine iesu xp̄e q̄ pro mūdi redēptiōe crucis lignū ascendisti: vt vniuersus mūdus q̄ in tenebris erat illuīaretur. illā q̄s lucem in aīas nr̄as ⁊ corpora infūde: per quā ad eternā lucē puenire mereamur. Qui vi. Prefatio Qui salutē. Cōio. Foderunt manus meas et pedes meos. et dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi vero considerauerunt me ⁊ inspexerunt me / diuiserunt sibi vestimenta mea et sup vestem meam miserunt sortem. Postcōio.

Domine iesu xp̄e qui hora diei sexta pro redemptiōe mūdi

crucis patibulū ascēdisti/ et sanguinē tuū preciosum in remissionē pctōrū nřorum fudisti/ te humiliter deprecamur vt per passionis et vulnerū tuorum merita/ post obitū nřm paradisi ianuā gaudenter mereamur introire Qui cū deo pa. In fe. corone dñi.

Gaudeamus omnes in dño diem festū celebrātes: sub honore corone dñi de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Gaudent angeli et exultant archangeli; letantur et congratulantur omnes sancti. Oratio.

Presta q̃s ops deus vt q̃ in memoriam passiōis dñi nři iesu xpi coronā eius spineā veneramur i terris: ab ipso glia et honore coronari mereamur i celis. Qui tecū viuit et.

Lectio libri sapientie. Canticorum. iii. c

En lectulū salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis isrł oēs tenētes gladios: et ad bella doctissimi. Uniuscuiusq3 ensis super femur suū: ppter timores nocturnos Ferculū fecit sibi rex salomon: de lignis libani. Colūnas eius fecit argēteas: reclinatoriū aureū ascensū purpureū media caritate cōstrauit ppt filias hierłm. Egredimini filie syon et videte regē salomonē in dyademate quo coronauit eū mater sua in die desponsationis illius: et in die leticie cordis eius Quam pulchra es amica mea: q̃ pulchra es. Oculi tui colūbarum: absq3 eo q̄ intrinsecus latet Ueni de libano spōsa mea: veni de libano veni coronaberis. Allā. V. Tuā coronam adoramus dñe tuum gloriosum recolimus triumphum. Allā. V. Diadema spineum veneremur hodie cuius per aculeum sertum datur glorie. Sequentia.

Si vis vere gliari et a deo coronari honore et gloria. Hāc coronam venerari studeas atq3 sectari portātis vestigia. Hāc celorum rex portauit honorauit et sacrauit sacro suo capite. In hac galea pugnauit cū antiquū hostē strauit triūphās in stipite. Hec pugnātis galea triūphantis laurea tyara pōtificis. Primum fuit spinea postmodū fit aurea tactu scti verticis. Spinarū aculeos virt9 fecit aureos xpi passionis. Que peccatis spineos mortis etne reos adimpleuit bonis. De malis colligit et de spinis plectit spinea puersis. Sed in aurū vertit quādo culpa tollit eisdē cōuersis. Iocūda misteria sunt hec sed materia plētis leticie. Nobis est hystoria qua patēter frācia coronat hodie. Hui9 coronatio corone susceptio cuius festū agim9 Debito cū gaudio et āniuersario honore recolim9 Thesauro tam nobili tā desiderabili / diues es effecta. Terra carēs simili carens cōparabili deo predilecta Tria priuilegia regna tibi alia subdūt i honore fides et militia vnctioq3 regia / quarū flores flore. Tibi vrbs inclita oi laude predita mř studiorū. Est corona credita/ et in te reposita vrbs pariseorum. In dei preconium totum confer studium/ totū cor appone. Que xpi palladiū et sacre sacrariū facta es corone. Iesu pie iesu bōe nostro nobis in agone largire victoriā Mores nostros sic compone vt perpetue corone mereamur gliam amē.

Secundum iohannem. xix. capitu.

In illo tpe: Apprehendit pylatus iesum: et flagellauit Et milites plectētes coronā de spinis: imposuerunt capiti eius. Et veste purpurea circūdederūt eū: et veniebāt ad eū et dicebāt. Aue rex iudeorum. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pylat9 foras: et dixit eis. Ecce adduco eum vo

bis foras: vt cognoscatis q2 i eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo iesus portās spineā coronā: et purpureū vestimentū. Credo. Offer. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eū sup opera manuum tuarum. Secreta.

Uorū militū rex ops virtutē corrobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filij tui corona letificat/ ↄsūmato cursu certaminis: imortalitatis brauiū apprehendant. Per do. Prefatio de cruce. Cōio Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōio.

Supplices te rogam⁹ ops de⁹ vt hec sacramenta q̄ sumpsimus p sacrosācte filij tui corone [cuius solēnia recēsemus] virtutē: nobis proficiant ad medelā. Per eund.

Sabbato celebraf de beata virgine et quare in septima fer. de beata virgine initiū habuit. Qm in quadā ecclesia ciuitatis constantinopolitane erat ymago beate virginis: corā qua depēdebat velū qd totā velabat ymaginē. sed hoc velū in sexta fer. post vespas recedebat ab ymagine nullo mouente nisi solo dei miraculo quasi deferref in celum: vt ad plenū posset ymago cōspici. Celebratis vesperis in sabbato: descendebat ipsū veliū añ eandē ychoniū vel ymaginē et ibi manebat vsq3 in feriā sextā sequentē. Hoc viso miraculo constitutū est vt sēper illa fer. celebref de btā virgīe. Alia etiā ratio est: q2 dño crucifixo et mortuo discipulis fugiētibus et de resurrectione desperantibus: in illa sola tota fides remansit. Sciebat eni quō portauerat eū sine labore et pepererat sine dolore/ et ideo certa erat q filı⁹ dei esset et a mortuis tercia die resurgere deberet. et hec est ratio quare dies sabba. magis q̄ alia dies btē marie approprıaf. Tercia ratio est: q2 dies sabbati est ianua et introitus ad dñicā diē. Dies aūt dñica est dies requiei/ et significat vitā eternā Unde cū in grā sum⁹ dñe nostre: sumus quasi in ianua paradisi Igit q2 ipa est nobis porta ad regnū celorū/ qd p diē dñicā figuraf: ideo de illa solēnisam⁹ in. vij. feria q̄ diē dñicā precedit. Quarta ratio vt solēnitas matris solēnitati filij cōtinetur. Quinta ratio est vt festiuius agatur in die qua deus ab omni opere requieuit.

Ordiatio misse quotidiane beate virginis que dicif Salue pulsato ad missā beate marie conueniāt clerici ad eandē p ebdomadā deputati: qui dictis prius horis btē virginis i capella eiusdē videlz. i. iij. vi. et ix. missā solenniter exequantur. Hoc addito q i inceptiōe cuiuslibet hore dicaf salutatio āgelica scilz Aue maria gratia. genu flectendo sub silētio Ad missā quotidianā be. ma. sacerdoti assistāt dyacon⁹ et subdya. mistrantes ei i dalmaticis et tunicis in oi duplici festo per añū et oc. natiuita. dñi: pasche et pēthecosten. in sab. et in dñicis et in oib⁹ festis q̄ habēt inuita. triplex. Et in oib⁹ his Allā. a duobus de superioribus in suppellicijs cantaf: alias a clericis inferiorib⁹ in habitu sēper eodē. Celebratur etiam missa beate virgis solēniter oi die p annū in capella eiusdē: nisi duob⁹ dieb⁹ primis ante pascha Ad missā btē virgis quotidie dicendā in capella et in choro infra aduentū: qñ fit plenū seruitiū de ea: nisi in festo conceptionis eiusdē.

Rorate celi desup et nubes pluant iustum/ aperiatur terra et germinet saluatorem. p. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eū. deiñ repetaf. offi. Ro

rate Gloria patri. Tercio repetatur offiñ. Et sic fiat ibidē per totū annū etiā īfra passionē Ad missā quotidianā de sctā maria ī capella eiusdē omni die p annū: nisi duob⁹ diebus ante pas. dr vnū Kyrie. ex istis sequētibus videlicet oib⁹ sīplicib⁹ festis siue fiat in choro de tpali siue de festis sctōrū dicit vnū istorū absq̄ versib⁹ scilicet Kyrie rex splēdēs. vel Kyrie fons bonitatis pater ige. In oib⁹ vero dñicis dr absq̄ ℣. vnū eorundē vel istud s. Kyrie rex geni. Feria. ii. Kyrie. de O rex clem. Feria. iii. Kyrie cōditor. Fe. iiij. Cūcti potēs. Fe. v. Orbis factor. Fe. vj. Lux et ori. Sab. Kyrie ōps. orō

Deus qui de beate marie semper virginis vtero verbū tuum angelo nūciāte carnē suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis. vt q̄ vere eā dei gēitricē credim⁹: ei⁹ apd te intercessiōib⁹ adiuuemur. Per eūdē. Sequentes mēorie fiant per totū annū ad missā eiusdē ī capella. secūda oratio de trinitate. Orō. Ōps sēpiterne deus. Tercia oratio p̄ episcopis viuis. Omnīps sempiterne de⁹ qui facis mirabilia. iiij. oratio pro benefactorib⁹ defunctis orō. Omnīps sēpiterne deus vnica salus mor. quita oratio generalis. s. Oipotens sempiterne deus qui vi. Et sciendum est q̄ scda oratio ad missam quotidianā de sancta maria: erit semper de sancto in cuius honore dedicatum est altare vel ecclesia vbi celebrat. Epystola. Lectio ysaie prophete. vij. capto.

In diebus illis: Locutus est dominus ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo in p̄fundū inferni: siue in excelsum supra Et dixit achaz. Nō petā et nō tētabo dñm. Et dixit Audite ergo dom⁹ dauid Nūqd parū vobis est molestos esse hoibus quia molesti estis et deo meo: Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabit nomē ei⁹ ēmanuel Butyr et mel comedet: vt sciat reprobare malū: et eligere bonū. In capella beate virginis per totū annū grad. cū suo versu cantetur a toto choro. Tract⁹

Tollite portas p̄ncipes vras et eleuamini porte eternales et itroibit rex glorie ℣⁹ Quis ascēdet in mōtē dñi aut quis stabit in loco sancto ei⁹ innocēs manibus et mūdo corde. Nūq̄ enim repetatur grad. post suū ℣. in missis quotidianis de sctā maria. neq̄ de trinitate. neq̄ de ceteris cōmemorationibus: nisi tantū in pleno seruitio. Allā. ℣⁹ Aue maria gratia plena dñs tecū: bñdicta tu i mulieribus. Hoc allā. per totū aduētū dr in choro i cōmēoratiōe btē marie. et similiter i capel. Seqn. Mittit ad virginē. vel q̄uis alia ad placitū. et hoc p totū annū obseruet ad missā quotidianā de sctā maria. Et sciēdū est q̄ quotidie per annū dicit sequētia i capella beate virginis et similiter i choro quādo dr missa solēniter de eadē. Nō fit plenū seruitiū de sctā maria: per aduētū dr vna ex istis sequētiis. per ordinem: et similiter dicūtur ad missam quotidianam. Sequentia

Missus gabriel de celis verbi baiulus fidelis sacris disserit loquelis cū beata virgine. Verbum bonū et suaue pādit intus in conclaue et ex eua formans aue: eue verso noie. Cōsequenter iuxta pactū adest verbū caro factū/sēper tamen est intactum puellare gremiū. Patrē pariens ignorat et quā homo nō deflorat non torquetur nec laborat quando parit filiū. Signum audis nouitatis crede solū et est satis/nō est tue facultatis soluere corrigiā. Grande

signū ꝫ insigne est in rubo ꝫ in igne/ ne appropiet indigne calciat⁹ q̄spiā Virga sicca sine rore nouo ritu nouo more fructū ꝓtulit cū flore: sic et virgo peperit. Benedictus talis fructus/fruct⁹ gaudij nō luctus nō erit adā seductus si de hoc gustauerit Jesus noster iesus bonus pie matrꝫ pie onus cuius est in celo thronus nascitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus nostros deleat reatus quia nr̄ incolatus hic est in periculo. Sequē

MIttit ad virginē non quēuis āgelū sed fortitudinē suū archāgelum amator hominis. Fortem expediat ꝑ nobis nūciū/nature faciat in p̄iudiciū in partu virginis. Naturā sup̄at nat⁹ rex glie regnat ꝫ ip̄erat ꝫ zima scorie tollit de medio. Superbiētiū terit fastigia colla sublimiū calcās vi ꝓpria potēs in prelio. Foras eiiciat mūdanū principē spōsāqꝫ faciat secū participē p̄ris iperij. Exi q̄ mitterꝫ hec dona dissere reuela veterꝫ velamē littere ꝟtute nūcij. Accede nūcia dic aue cominus dic plena gr̄a dic tecū dn̄s ꝫ dic ne timeas Virgo suscipias dei depositū in quo p̄ficias castū ꝓpositū: ꝫ votum teneas. Audit ꝫ suscipit puella nūciū credit ꝫ cōcipit ꝫ parit filiū: sed admirabilē. Consiliarium humani generis et deum fortium/ et patrem posteris in pace stabilem. Sequentia.

VErbū bonū ꝫ suaue personemus illud aue ꝑ qd̄ xp̄i fit cōclaue virgo mr̄ filia Per quod aue salutata mox cōcepit fecundata virgo dauid stirpe nata int̄ spinas lilia Aue veri salomonis mr̄ vellus gedeonis cui⁹ magi tribus donis laudāt puerperiū. Aue solē genuisti aue ꝓlē ꝓtulisti/mūdo lapso cōtulisti numē et iperiū Aue mr̄ verbi sūmi maris portus signū dumi aromatū ꝟga fumi angelorꝫ dn̄a Supplicam⁹ nos emēda emēdatos nos cōmēda tuo nato ad habēda sēpitna gaudia. Se. lu.

